2ª sic. nullū opus inutile est meritoriū. ſz sacra antiq̄ legis erant inutilia. g̈ nō erant meritoria. ꝺña nō cū maiozi. minoꝝ ps ꝓ dicta in alia ꝺclone. nō. n. efficiebant qđ figurābāt: vt dicit etiaz magr̄ in lra. 3ª sic. ait. n. Origenes q̄ ea rōne q̄ libellū repudij ꝓmisit ꝺs: et sacrificia fieri permisit. Sed notuz ē q̄ libellus repudij fuit semp malus ꝛ nūq̄ meritoriuz. g̈ sil⁹ talia sacra. Iste rōes sufficiant ad ꝓns. Et certe aia cara isti⁹ opinionis videt fuisse magr̄ sniaꝝ in. iiij. di. i. Alia opinio dicit q̄ si fiebant a ꝓnis in charitate ꝺstitutis q̄ visus coꝛ erat meritoriꝰ. Absurdū. n. est dicit btūs Tho. in h̄ passu q̄ labozes scōruz patrū in hmōi sacris deo accepti nō essent. Qui ꝺ tm̄ magistrū excusant dicentes q̄ ipse intellexit ipsa opa opata nō iustificare: q̄tūcūq̄ i charitate ꝛ ex charitate fierēt: q̄uis ipsa opatio ex charitate fcā possit esse meritoria in eo qui ē in statu merendi. Et certe istud pōt sustētari. Ad ꝓmū g̈ alteri⁹ opinionis: q̄m̄ fa a doctorib⁹ sustentat̄ rnꝺeam⁹. Et dico q̄ gr̄a pōt dupl̄r ꝺsiderari: aut p respectū ad op⁹ operatū. i. ad sacrz aut ad operantē. ꝓ mō nō erāt meritoria. quia gr̄am nō ꝺferebant: vt videbit in 3ª ẏitate. Sz h̄ ſo mō. ꝛ B ꝓpt̄ charitatē q̄ erat in operātib⁹. Sic g̈ intelligam⁹ illud dictū. sacra antiq̄ nūq̄ fuerunt deo grata. i. nunq̄ gr̄am habuer̄t nec ꝺferrebant: ꝓ quā aliquid est deo gratū. Erant aūt grata ꝛ accepta ꝓ accīs. ſ. ꝓpter charitatē ꝛ deuotionē offerentiū. Ad ſm dico q̄ cū ꝺs sit pfectissimū agens: necesse est vt res q̄s ꝺdinat ad pfectū fineꝫ in suo gn̄e ꝺdinet. De nā āt boni agētis est: vt agat ꝓpter finē. deus aūt p pres vetis testi illa sacra instituit. g̈ necesse fuit vt ꝓpter aliquē debitū finē illa institueret. Oz dinauit g̈ illa p superbis ꝛ duris i flagellū ꝛ onus vt. ſ. ꝺinis sacrificijs onerati nō placeret eis ad idola declinare. Sc̄o data sunt bonis ꝛ pfectis in signū mysterioꝝ futuroꝝ. Et 3º data sūt puulis in pedagogū. Et qz finis iste bonus est: sacra illa fuer̄t vtilia. Inutilia aūt dicta sūt ꝓp defectū gr̄e quā non ꝺferebāt. Ad tertiū dico q̄ Origenes loquit̄ de sacrificijs illis q̄ habebāt aliquā rōnez ꝺsplicētie: ex hoc. ſ. q̄ idol imolabant. ꝛ q̄tum ad hoc nō hēbant rōnē meriti. Qđ tū ad 2ª̄m veritatē dico q̄ intētio dei in veteri lege erat hominē ad timorē ꝛ reuerētiā ꝺuinoꝝ inducē: ꝛ a carnalib⁹ ad spūalia trahere paulati. Et vt hoc ꝺgruenter facere possz sacra istituit: ꝛ ad illa mīstrāda multa ipeditā apposuit: q̄ ꝛ immunditie carnis ꝺcebāt. vt g illas hēret ad illa mīstranda nō esset ꝺdone⁹. vnꝺ iste erant q̄ sacerdotib⁹ ꝺbanť in ꝓceptis. ℣rio vt sacerdotes nulla debilitate segnes sint. i. pigri. nec ceci. nec claudi. nec puo. l̄ grādi. nec toꝛto naso. nec fracto pede aut manu. nec gibbosi. nec lippi. nec albuginē hītes in oculo. nec ligentem scabiē. nec ipetiginē in coꝛpe. nec pōderosi Jsta oia patent Leuit. xxi. c. Ex q̄ ps q̄ ille immūditie carnis nō erant aliq̄ spūales macule in aia ex carne derelicte: sed erāt quedā ꝓhibitiones a sacris reb⁹ ꝓhibentes. Nec tm̄ vacabant hec a mysterio. Nā cecus sacerdos est g scriptu rā non itelligit. Et q̄ gressus doctrine l̄ opis dirigat ꝛ pozrigat p segnitiē. i. p ignozantiā nescit Clauduꝫ est q̄ qđ decet intelligit: sed tm̄ id ñ operiplet. ℣aruo naso: q ad discretiōis mensurā idoneus nō est. Hrādi ꝛ tozuo naso: q furibūdus et cū superbia ꝛ arrogātia: l̄ imoderata discretiōe ē. Fracto pede l̄ manu est: q viā dei quā docet ñ sequit̄. Hibbosus est: q terrene cupiditatis pōdē premit̄ ꝛ tardus ad supna est. Lipp⁹ est: q ingenij acuitate doctrina sā pollet: ſz carnalit̄ vinēdo obscurat. Albuginē hz in oculo: q arrogātia sapiētie l̄ alterius excecat. Ingentē scabiez hz cui carnis petulātia sine cessatōe dñatur. Impetiginē q̄z hz in pectoꝛe: q auaritia cōtaminat in mente. ℣oderosus est: q etsi turpitudinē coꝛpe nō exerceat: ab hac tm̄ ꝺtagiōe ꝺtinua sine moderatione grauat in mente. Talis g̈ nec sā igredi: nec nomē antistitis poterit possidere. quia in terrenis grauat desiderijs: ꝛ expt est scie ẏitat] Ad ꝓpositū g̈ redeūtes ꝺco q̄ sacra antique legis solū carnē purgabāt ꝛ lauabāt. non aūt mētem ꝓpter gr̄e defectū. vt dictū est. ꝛ dicet ẏitate seq̄nti. Sz tm̄ lotio talis figura erat purgationis culpe fiende p xp̄m ꝛ eius sacra. Multa igit̄ cerimonialia tūc tpis obseruabant ꝓ sacerdotes vt oñderet̄ cōpta cū nititiditate noue legis sacerdotes ad xp̄i sacra ministrāda accedē ꝺbere. q̄re ꝛc. Qđ tū ad tertiā ẏitatē ꝑ pono q̄ndā cōem distinctionē: quā etiā ponit btūs Tho. in. iiij. di. i. arti. i. q. i. q̄ in sacris duo ꝺsiderāda sē. ſ. sacr̄m ipsuz: ꝛ vsus sacri. Jp̄m sacr̄m cōiter appellat ipsum op⁹ operatū. vsus āt sacri ipsa opatio. Q̄n q̄rimus an sacra antiq̄ legis gratiā cōferrent: referendū est ad op⁹ opatū. i. ad sacr̄m in se: ꝛ nō ad vsum. i. ad ipsam opationē. Et tūc dico q̄ de hac mā sunt due opiniōes. ℣ria ait q̄ exquo sacra antique legis fienda p xp̄m ꝛ eius passionē significabāt: ꝛ ex passione xp̄i sacra noua efficaciā ꝛ virtutē hēant: nō incōueniens est dicē ipsa sacra antiq̄ legis ꝺirecte ꝛ q̄si p accīs gr̄am ꝺferre: ꝛ aiam iustificare. vñ nō in ẏture ꝓprie: ſz nostroꝝ sacroꝝ ꝛ xp̄i passiōe scificabāt Nostra aūt sacra directe scificabāt. qz ad hoc i stituta sunt: vt oñdetur ꝺsideratōe seq̄nti. ꝛ iꝺo illa antiq̄ q̄si mediantib⁹ nr̄is iustificabāt ꝛ gratiam ꝺferebāt. Et ista opinio fuit ℣ugōis ꝺ cōuictoꝛe. Sz ista opinio cōiter non tenet. qz scōz dictis non ꝺcordat. Qm̄ si sic esset pua aut modica dr̄a esset inē sacra noue ꝛ veteris legis. qz etiā sacra noue legis a fide Jesu xp̄i efficaciam hñt. Unꝺ dicit btūs Tho. q̄ meli⁹ dicūt asserentes sacra antiq̄ legis gr̄am nō ꝺferre. ſz solū ad illā ꝺsponebāt sicut baptism⁹ Jobis dispōebat ad baptismū xp̄i. Quo etiā intellectu dici poterant medicine: nō gr̄am ꝺferrent directe vl̄ indirecte: sed qz ꝺsponebāt ad verā medicinā: ꝛ illā figurabāt. Et adde hoc q̄ qñ dicit q̄ sacra antiq̄ legis nō iustificabāt: nec purgabāt aiam a culpa. dic hoc eē vez in oibus: circūcisiōe exepta. q̄m̄ circūcisio aiam a culpa originali purgabat. ꝛ p ons ex ꝺnti gr̄az ꝺferebat. Nec tm̄ dicas baptismū superfluū esse. q̄m̄ circūcisio: ſz a culpa purgaret originali: non tm̄ liberabat a pena. sed baptismus ytrūq̄ facit. quare ꝛc. Et ista sufficiant q̄tum ad ſam considerationem.

De ẽminatōe antiq̄ ꝛ noue legis ꝺsideratio 3ª

Nunc tertio loco antique ꝛ noue legis terminabilitatē videamus. vbi tres ꝺclones subiungamus. vz. ℣ria ꝺclo est ista. Sacra ꝛ legalia; cuncta antiq̄ legis: xp̄i euāgelio diuulgato merito debuerūt esse finita ꝛ termiata. 2ª ꝺclo est ista. Licet antiq̄ sacra sint termiata: nō ua tm̄ sunt firmioza ꝛ q̄tidie p mundū publicata 3ª cōclo est ista. Licet finis mundi sit nobis ignotus. tam̄ noua sacramēta sunt tantū duratura q̄tum mundus non erit exterminatus.

Q antiqua sacra sunt terminata ꝺclo ꝓma.

Accipe primā ꝺclonē ꝛc. Ubi tres ingramus ẏitates. vz. ℣ria ẏitas est ista. Q̄n sacra antiq̄ legis terminata fuerūt 2ª ẏitas est. Quare nō ita sunt mutata ꝓcepta

Universidad de Deusto
Biblioteca

legis:sicut sunt mutata sacra. ꝫ⁹ ℞i. est ista. qꝫ legalia fuerunt ēminata. Qtū ad primā ℞i. dico q sacra antiq̄ legis ⁊ legalia qnq̄ fuerunt viua:salutifera ⁊ nccia qnq̄ fuerūt mortua: sed non mortifera. qnq̄ mortua mortifera ⁊ venenosa. Tunc.n. viua salutifera ⁊ nccia fuere: qn̄ deus illa instituit:⁊ illa duratura esse vsq̄ ad dilectissimi filij sui passionē. Sed xp̄o crucifixo ⁊ mortuo tādiu illa ogruit durare debē: q̄diu xp̄i euangeliū nō erat ꝓmulgatū. qm̄ lex añ suā ꝓbibitionē nō ligat. de osti.c. cognoscētes. vbi dicit sic text⁹. Cognoscētes. ⁊ infra. Rē q culpa caret:in damnū vocari nō ouenit. Quotiens ℞o quid nouū statuim⁹. Ita solet futuris formā imponē: vt dispendijs. i. dānis ꝓterita nō cōmedet ne detrimentū añ ꝓhibitoꝝ possint ignorātes incurrere: qō eos postmodū dignū est vetitos sustinē. hec ibi. Et sunt ℞ba Brego. in registro. Quare sequit q añ ꝓmulgationē euāgelij lex noua nō oēs ligabat. qz nō ignorantes. Et per ois a iudeis nouit̄ uersis ad fidē poterāt obseruari. Nō tāq̄ spē suā in illis ponētes: q̄si alicui⁹ ℞utilis esset: aut quasi sine eis gra xp̄i nō sufficeret ad salutē. Sed ne antiq̄ lex mox videret reprobanda: ſi statī q̄si idolatria fugeret. Erat. n. scā synagoga ducenda ad tumulū: ⁊ sepelienda cū honore. Ex quib⁹ sequit alia diuisio tpis ſicroz. ſ. qn̄ fuerunt mortua: ſz nō mortifera. et ℞ a morte xp̄i vsq̄ ad euangelij ꝓmulgationē. Mortua quidē: qz xp̄s illa morte sua scissima interfecerat. qz moriēdo ea adipleuerat: ita ut diceret in cruce pendens. ꝯsumatū ē. Mortifera āt nō erant: qz ex quadā adhuc ogruitate licebant: ne. ſ. ita repentine tanq̄ erronea reprobarent. Jō ·Paulus voluit circūcidē Thimoteū: qz ex mr̄e iuda genit⁹ erat. Titū āt nō: qz ex gētilib⁹ parentib⁹ erat. Nā gentilitatis ritus oino erat illicit⁹: ⁊ a deo semp ꝓhibit⁹. ·Ritus āt legis antiq̄ nō semp: ſz vsq̄ ad tp̄s qō dixim⁹. Tē āt ⁊ mortua: mortifera: ⁊ venenosa fuerūt: qn̄ i omnē terrā exiuit son⁹ discipuloz. ad Gal. v. Si circūcidimini xp̄s nihil vobis ꝓdest. De ℞ē bonus textus. xxx v. di. c. ab exordio. vbi dr̄ sic. ab exordio ꝺcitōis huāne. i. a ꝓncipio mūdi: nec cā nib⁹ vescebamur: nec dabam⁹ repudiū: nec ꝓputia nobis eripiebant̄ i signū. Et ℞ cursu ad diluuiū vsq̄ puenim⁹. ¶·Post diluuiū āt de ꝺtiōe legis. ſ. mosaice: quā ipē nullus potuit. ſ. q̄ ad salutē eternā: carnes ingeste. i. ꝺcesse ad vescēdū sunt: ⁊ repudij ꝺcessa diuortia: ⁊ cultell⁹ circūcisionis apposit⁹. ·Postq̄ āt xp̄s venit in fine temporz. ſ. antiq̄ legis reuolat. ad. A. i. extremitatē ꝑ traxit ad ꝓncipiū. ℞ est reduxit xp̄s moduꝫ viuendi ſicut in ꝓmo statu. ⁊ ℞ est dicē reuolat ad A. qn̄. A. est ꝓma lr̄a nr̄a. Nec repudiuꝫ nobis dare ꝓmittit̄: nec circūcidimur: nec comedimus carnes. i. suademur nō comedē dicēte apl̄o. bonū est vinū nō bibē: ⁊ carnes nō comedē. i. absti nē a vino ⁊ carnib⁹. qz ℞ est ō ſilio ⁊ nō de ꝓcepto. Nec tn̄ alia credas Brānū hunc textum ad ꝓpositū ℞ ad qō adduxim⁹ nos adduxisse. qm̄ ibi de sacris nō tractat. Sed ꝓp illud vlti^m apostoli ℞bū apposuit. ſ. nō comedim⁹ carnes. tractat.n. ibi Hran⁹ q· potationib⁹ vacare xp̄ianis nō ſz: vt ps. c. se. vbi sic dr̄. Luxuriosa res est vinū: ⁊ ꝯtumeliosa ebrietas. Qis āt qui cū bis misceā. ſ. ꝺsuete: sapiens nō est. hec ibi. Et tā p^m q̄z sm capt^m hic allegata sūt bti Hierony. ℞ba ·Patet ḡ qō dixim⁹ q· sacra antiq̄ legis vsq̄ ad xp̄i passionē mortua fuerūt: sed nō mortifera. Bz p⁹ euangelij diuulgationē tā mortua q̄z mortifera fuerūt. Et ista est expositio bti Aug. Licet Hiero⁹ aliter exponat. Bz btūs Tho. in. iiij. ait q· expositio Aug. melior ē. Et ℞ idē dicit Tho. ꝑa. ꝑe. q. iiij. Bz dices ꝺ pr̄ Ambro. Semel ·Paulus ·Petrū redarguit: eo q· ritū iudeoz obseruabat. Dico nō iō redarguit. qz obseruabat: sed qz nimiā circa illa diligentiā adhibebat. videbat. n. ex illa obseruatione gentiliū ad quos xp̄i fides ꝓuenerat: scandalū suboziri. Et sic pōt ꝺcedi ·Petrū aliq̄ leui culpa peccasse. qre ꝛc. Sic et rndz btūs Tho. in. iiij. dicto argu. Qtū ad ꝑa ℞i. est notandū sm btm̄ Tho. p^a ꝑe. q. ciiij. Q· ꝓcepta quedā sūt moralia: quedā ceremonialia: ⁊ quedā iudicialia. ·Precepta moralia sunt illa q̄ hn̄t vim obligandi hoiez ex dictamine rōnis. qm̄ rō nālis dictat ℞ esse debitū fieri ⁊ imitari. Et dicunt moralia qz informant mores q̄z pr̄i cipiū est rō ipsa. ·Precepta ceremonialia sūt illa ꝓ q̄ hō ordinat in deū: siue ꝓ que deū colit: q̄ hn̄t viz ex institutōe dīna. Et sunt hmōi ꝓcepta q̄si quedā determiatōes moraliū ꝓceptoz. ·Precepta iudicialia sūt ꝓ q̄ hō ordinat ad ꝓximū: ⁊ hn̄t vim obligandi ex institutōe dīna ut̄ huāna. Dico q̄ q· cū ceremonialia ⁊ iudicialia antiq̄ legis: posteq̄z xp̄s nat⁹ est ⁊ mortu⁹: nulli⁹ sint significatiua ⁊ figuratiua: nec sit̄ aliquid de gestib⁹ eoz. qm̄ tati cessauit iudaici ꝑpli status ē ꝓphecie ⁊ figuralis. ⁊ ꝓ nō cessauēt ceremonie omnes ⁊ eoz sacra. ·Precepta āt moralia cū nihil figure ꝺtinerent: ſz tn̄ hoies ad hn̄ viuendū ordinarēt: rōq̄z nālis ad ea fuanda dictet nō fuit op⁹ ipsa cessare aut mutare. Et si q̄rī qre q̄ alia ꝓcepta supaddidit xp̄s ? Dico q· ꝓcepta ⁊ nō illa xp̄i apposita sūt: nō ad oñendā diminutōz: ul̄ i pfectōz dictoz ꝓceptoz: ſz poti⁹ ad eoz dilucidationē. Etsi itez q̄ris. iste due leges sūt ne diuerse ? Dico sm btm̄ Tho. vbi. ē. q· due leges p̄nt dici diuerse duob⁹ modis. aut quia ordināt ad diuersos fines: ⁊ sic sunt diuerse: qz motus diuersificant sm diuersos fines. alio mō nō: qz ordinant ad diuersos fines: sed qz vna est magis ꝓ pinqua ipsi fini. Et sic mot⁹ capit differentiā ſz magis perfectū ⁊ min⁹ perfectū. Mō ad ꝓpositū dico q· lex antiqua ⁊ noua nō dicuntur diuerse eo q· ordinent ad diuersos fines. qz ambe ordinant in deū ⁊ ꝓximū. Sed sūt diuerse ſz magis perfectū ⁊ minus perfectū. qz noua lex propinquius: ⁊ antiq̄ distanti⁹ hoiem ordinat i deū ⁊ ꝓximū. Et sm ℞ oēs differentie antiq̄ ⁊

noue legis accipiunt̄. ⁊ p ꝓ̄s lex antiqua noue legis pedagogus est. lex noua pfectionis est. ad Gal. iij. Lex noua vinculū pfectiōis est. Et rō est. qz oīa que in euāgelio scripta sunt: aut sūt vt dispositiua ad gr̄am: aut vt ordinativa ad vsuꝫ gr̄e. Dispositiua ad gr̄am sunt documēta fidei: et que ptinēt ad ꝺtemptū mūdi. ꝓ fidē. n. ⁊ mūdi ꝺtemptū fit hō capax gr̄e dei. Ordinativa ℞o ad vsum gr̄e: sunt opa virtutū: ad q̄ scriptura noui testi excitat hoies multiplr̄ ⁊ hortat. Hoc ponit btūs Tho. vt ſ. q. vi. qre ꝛc. Qtū ad tertiaz ℞itatē dico q· q̄uis ex nūc dictis rnsio pateat: tamē tres pono formales rōnes sm btm̄ Tho. in iiij. qre legalia cessauerūt. ·Prīa rō dicit sigificatōis. qm̄ lex instituta fuit ad significandum gr̄am noui testi. que p Jesum xp̄m facta est: vt dicit apl̄us. Et iō adueniente xp̄o cessare ꝺbuerunt: sicut veniēte corpe cessat vmbra. Et hāc rōnem tangit apl̄us ad Heb. x. c. ibi. Umbram hn̄s lex futuroz ꝛc. Scā dicit impfectiōis. qm̄ talis lex gr̄am non ꝺferebat q̄tam oportebat in veteri testō dari. Nā sicut ℞tus nālis rei nāli ꝓportionat: ita virtus sacralis sacro. Unde oportuit alia sacra institui: in q̄bus ālioz gra ꝺferet. Et hāc rōnem tangit apl̄us ad Heb: eos vij. c. ibi. Reprobatio quidē fit ꝓpter infirmitatē ⁊ inutilitatē. Tertia rō dicit manu ductōis. qm̄ humanū genus q̄ data fuit ei lex: erat parvulū: ⁊ nō adhuc in pfecta etate ostitutū. ⁊ iō debuit p aliq̄ legalia paulati⁹ a cultu idolatrie retrahi. sed cū ad pfectā puenit etatem: q̄ fuit tpe xp̄i: debuit a talib⁹ obseruātijs liberari. Et hanc rōnem tangit apl̄us ad Gal. iij. ⁊ iiij. ⁊ btūs ·Petrus Act. xv. vbi ostendit illa legalia in on⁹ iudaico ppl̄o data esse. ⁊ ēt oñdit⁹ in supioꝛib⁹. qre ista sufficiant ꝓ ꝓma ꝺclone.

De māifestatiōe sacroz noue leg ꝺclo scōa.

Accipe ſam ꝺclonez. vz. Licet antiqua sacra sint terminata: noua tn̄ sūt firmiora: ⁊ q̄tidie p mūdū publicata. vbi tres ingram⁹ ℞itates. vz. ·Prīa ℞itas ē ista. Utp si hō nō peccasset: ⁊ fili⁹ dei carnez assūpsisset: vt tenēt Scotiste: xp̄s instituisset aliq̄ sacra. 2ª ℞i tas est ista. ·Postq̄ instituta sit̄ ista septē sacra noue legis: qō ipsoz est magis necessariū. ꝫ⁹ est. Qō ipsoz est magis dignū ⁊ notabile. Qtū ad ꝓmā ℞i. dico q· de hoc due sunt opiniones.

·Prima dicit q· sicut ꝓpter hoīs pfectā felicitatē ꝺsumandā: hō q̄uis nō peccasset: verbū oī no incarnatū esset. vt. ſ. hō sine ingrederet sine egrederet pascua inueniret. Ingrederet in cōtēplatione dīnitatis. egrederet in ꝺtemplatōe humanitatis. vt Aug. ait. Sic Jesus gloriosus ēt si hō nō peccasset: aliq̄ sacra dedisset: non ad curandū vulnus: sed ad iuuādū eū ad gl̄am. Naz ſz nō peccasset hō: ⁊ vt sic in statu gr̄e fuisset: tn̄ ex meritis ꝓpriis: ⁊ ipsa dīna gra ei opus erat: vt gl̄am adipisceret. vnde p illa sacra ⁊ sensibilia edoct⁹ ad hn̄ opādū: ⁊ spūalia ꝺtēplāda inuaret

Scōa opinio quā insequunt̄ cōiter oēs: dicit q· si hō nō peccasset: ⁊ posito p possibile q· deus incarnat⁹ esset: nulla sacra data eēnt. Nā sacra data sunt: vt p sensibilia hō in cognitionē spūaliū deueniret: vt oēs ꝺcedūt. ſz si nō peccass: nl̄ a cognitionē accepisset a sensibilib⁹: ſz magl ex influentia dīni lumis. vt dicit btūs Tho. in. iiij. di. i. arti. i. q. iiij. ⁊ p ꝓ̄s nō fuissent nccia sacra. Un̄ in statu innocētie: ſz hō in paradiso ad opādū poneret: hoc tn̄ non vt discēt: ſz vt q̄ō sciebat ex pireī factū ē. Bz si qs ꝓmā opinionē tenē vellet appet q· ex dcīs scdē opinionis iferr̄ ꝓpositu⁹. Nā posito q· a sensibilib⁹ cognitōez nō acciperet tn̄ ex expientia sensibiliū aliq̄s nouā cognitiōez bēret. sicut dicim⁹ de xp̄o q· ꝓficiebat sapia ap deū ⁊ hoies. ſ. q̄ō simplr̄ sciebat: expiētia discēt vn̄ dn̄s Bona. in. iij. di. xiij. glosādo auctez Ambro. dicētis xp̄m ꝓfecisse sm humanū sensū. dicit q· sensus xp̄i exterior ꝓ veracit̄ ꝓfecit q̄tum ad cognitionē expientie: vt p boc in ipso ꝓbare tur ℞itas būane nāe. Quare ꝺcludē possum⁹ q· sicut xp̄s nō ꝓfecit q̄tū ad cognitionē simplic notitie. tn̄ q̄ sensus exterior ad aliqd ō nouo cōuertebat: ad q̄ō. ſ. pus ouersus n̄ fuerat: iō q̄tū ad cognitionē expientie dicet ꝓfecisse. Sic et hō si nō peccasset: ſz ex sensibilib⁹ cognitionē n̄ accepisset. simplr̄ tn̄ ex illis plura expientia didicisset. ex q̄ expientia feruēti⁹ in bonū meritorium cū gr̄a dei ꝓficisset. Tn̄ qz dr̄ in hist̄oriis scolasticis ꝓ magist̄z Meli⁹ est pie dubitare q̄z temē diffinire ad pr̄s tibi alia relinque hāc diffi cultatē trutinandā. qre ꝛc. Qtū ad ſam ℞i. dico q· licet in p^a ꝺclone ꝓme ꝺsideratōis ō ne cessitate sacroz absolute dixerim⁹: tn̄ qz hic q̄ritur ꝺpando ea in̄ se qō ipsoz est magis nccriuꝫ rndebo dupl̄r. ꝑ ſm decretales. 2ª ſz theologos quosdā. Quo ad primū rndet glo. p^a de transactionib⁹. c. veniēs. vbi sic dicit. Quedā sacra sunt nccria: ⁊ quedā volūtaria. hec distinctio ponitur. i. q. i. §. si ḡ. ℞si. ſz notādū est. Sacra necessitatis sc̄ ista. baptismus. ꝯfirmatio. pnia. vltima vnctio. ⁊ coꝛp⁹ xp̄i. Et iō dicunt necessitatis: qa sine istis hō saluari nō pōt. si ex ꝺceptu obmittā tur: ⁊ hēri possint. Sacr̄m ℞o baptismi a q̄cū q̄z pōt recipi: dūmodo i forma eccl̄ie ꝺferat. de sūma trini. ⁊ fi. ca. c. i. in fi. ⁊ de ose. di. iiij. a q̄daz Et pnia. Et ꝯfiteri possū cuilibet ex necessitate iuxt̄ verbū illud. Cōfitemini alterutr̄ pcā vr̄a.

Sacra ℞o volūtatis sunt q̄ obmittē n̄ ē pctm̄ q̄ dicunt sacra dignitatis: vt in dicto. §. si ḡ. ℞si. ſz notādū est. vt sunt ordies. qz a dnioꝛib⁹ ꝺferunt. i. cpis. l̄q: nō nisi digni ad ordines assumē di sunt. Jtē matrimoniū sine hmōi sacro bn̄ possum⁹ saluari. xxi. q. iiij. §. vlt. ad finez. hec dicta glo. ad l̄ram. Et huic glose ꝺcordat glo. ij. de cōiugio⁹ fuoz. c. i. Et ℞ q̄tū ad decretales ſz istas duas glo. Scdm ℞o theologos q̄sdā dar̄ vna distinctio de ipsa necessitate: dicētes q· necessitas q̄dā est absoluta. q̄dā determinata. q̄dā ꝺditionata. ⁊ q̄dā circūstantionata. Tunc dicūt q· necessitate absoluta solum sacr̄m baptismuꝫ est

Universidad de Deusto
Biblioteca

ñccrium.qr̃ sine ipso non saluaꝝ. Jo.iij. Nisi quis renatus fuerit ex aq̃ ⁊ spũ scõ ⁊c̃. Necessitate determinata sũt duo.s.pnia ⁊ eucharistia. qr̃ ad ea suscipiẽda glibet fidelis in ãnis discretõis determinaꝝ: vt in.c.oĩs.de pe.⁊ re. De necessitate ꝺditionata sic etiã sunt duo.s.matrimoniũ ⁊ ordo. vt p votũ aut iuramẽtũ.qñ.n.cũ illis ꝺditionibus fiũt:obligãt. vt pz i.iiij.sniaꝝ in locis suis

De necessitate circũstantiõata sic etiã sũt duo!.s. ꝺfirmatio ⁊ extrema vnctio.qm̃ si qs ꝑfs habuit nec necessitas ipediuit:⁊ inuncꝰ nõ sit:in pctm aĩe cedit. vt dicit cõmẽtatoꝛ õ regul' theologie regula.cxiiij.q̃re ⁊c̃. Qtũ ad tertiã ꝙi. dico q̃ diuersis respectibꝰ sacra se inuicẽ excedunt. Nã rispectu efficacie sacrm baptismi oĩa alia superat. de con.di.iiij.p baptismũ. Nã oĩa in eius ꝙtute pcã dimittunt̃. de con.di.iiij.q.c.regenerãte. Respectu dignitatis ⁊ scitatis eucharistia est pstantius sacrm. de con.di.ij.c.nibil. Respectu ꝙo ꝺferentis ꝺfirmatio est pstantioꝛ: qr̃ ꝺferetur a solo epo. de con.di.v. manꝰ q̃s ipositiõis. Respectu ꝙo significationis mrimoniũ est prestantius.significat.n. vnionẽ xpi ad ecclesiã per vnionẽ dine ⁊ humane nãe. ex̃ de bigamis.c.ꝺbitũ. Debitũ ingt pastoralis officij.⁊ infra. Frnitati tue duxrimꝰ rndendũ. q̃ cũ duo sint in ꝺiugio. vz. ꝺsensus aiox ⁊ cõmixtio corpoꝛ: quorũ alterꝝ significat charitatẽ q̃ ꝺsistit in spũ inꝺ deũ ⁊ iustã aĩam. ad qd̃ ptinet illud qd̃ dicit aplus. Qui adheret deo: vnꝰ est spũs cũ eo. Reliquũ ꝙo designat ꝺformitatẽ q̃ ꝺsistit in carne: inter xpm ⁊ eccl'iam. ad qd̃ ptinet illud qd̃ euangelista testaꝝ. Uerbũ caro fcm̃ est:⁊ habitauit i nob. Profecto ꝺiugiũ illud qd̃ nõ est in ꝺmixtiõe cõpoꝛ ꝺsumatũ nõ ptinet ad illud ꝺiugiũ designãdũ qd̃ inter xpm ⁊ eccl'iam p incarnationis mysteriũ est ꝺctũ. Jurta qd̃ Paulꝰ exponens illd̃ qd̃ dixerat ꝓthoplaustus. B nũc os est ex ossib⁹ meis:⁊ caro de carne mea.⁊ ꝓpter B relinquet hõ ꝑrem ⁊ mrem:⁊ adherebit vroꝛi sue: ⁊ erunt duo:in carne vna.stati subiungit. Hoc ãt dico magnũ sacrm in xpo ⁊ eccl'ia ⁊c̃.ibi. Et sũt ꝙba Innocentij tertij. Et glo.exponit quid sit ꝓthoplaustus. ⁊ dicit ꝓthoplaustus.i. Adã ꝓmo plasmatus. Et itex glo.sup ꝙbo sacri. qd̃ ponit post illa ꝙba q̃ adduxim⁹. qr̃ totũ capt'm nõ posuim⁹ ponit bonã doctrinã sic dicens. Triplex sacrz ꝺsignat'i mrimonio carnali copula ꝺsumato. Primũ est vnio fidelis aĩe ad deũ per dilectionẽ ⁊ charitatẽ. ⁊ B ꝺsignaꝝ p ꝺiunctionẽ aioꝝ in ipa prima ꝺspõsatõe:cũ alter per mutuũ ꝺsensũ ꝺsentit in alterꝝ. de B sacro fit mentio ibi. alterꝝ significat charitatẽ ⁊c̃. Scõz est hũane nãe ad deũ:q̃ facta est in vtero ꝙginali p incarnationẽ ꝙbi dei.⁊ B designaꝝ per carnalẽ ꝺiunctiõz viri ⁊ vxoris.⁊ de B fit ibi mẽtio. Reliquũ designat ꝺformitatẽ q̃ ꝺsistit in carne inẽ xpm ⁊ scam ecclesiã. Primꝰ est vnio volũtatis. Scõm est nãe ꝺformitas. vt.xx vj. di. acutiꝰ. ⁊ de con. di. ij. i xpo ybi hẽs de ꝺformitate nãe diuine ⁊ hũane. Et nõ intelligas q̃ iste actus corpalis designet hoc sacrm: sed pp actũ ꝺsumatũ sacrz significaꝝ. 3ꝰ sacrm est vnitas ecclie ex oĩbus gentib⁹ collecta: ꝙyni viro xpo subiecta. B sacrm significat p illũ ꝺiugatũ q̃ vnicũ trn̄ mrimoniũ fuauit. Sed ybi fm mrimoniũ ꝺtrahit. i.q bigamꝰ fieret: hoc sacrm tertiũ nõ ꝺz locũ. qr̃ recedit ab illa vnitate q̃ ꝑmo significabaꝝ p vnicũ mrimoniuz. qr̃ in ꝺo mrimonio ꝺtuisit carnẽ suã in plures. vñ unitatẽ significare nõ põt ⁊c̃. Multa alia dicit hec glo. de B tertio mrimonio. Et B solũ vt ondereꝛ intentionẽ textꝰ. s. bigamũ nõ esse ordinanduz. Et in fine cõcludit q̃ lz vnigam⁹ possit ordiari: trn̄ qui nũq̃ vroꝛẽ habuit: libentꝰ ꝓmouet': qa ab vnitate non recessit:sed in vnitate ꝑmansit. hec glo. Et sic patet ista veritas.

De duratione sacroꝝ noue legis ꝺcio ctia.

Accipe tertiã conclonez. vz. Licet finis mũdi sit nobis ignotꝰ: noua trn̄ sacra sũt trn̄ duratura q̃tũ mũdus nõ erit extermínatꝰ. vbi tres ingramꝰ ꝙi. vz. Prĩa ꝙi. ẽ ista An sacra noue legis sint aliquo mõ cãe: ut i aĩa ꝺina gra gñer. 2ª ꝙi. é. vñ sacra noue legis tantã ꝙtutẽ ⁊ efficaciã bẽant. 3ª ꝙi. est ista. Qtuz durabunt sacra ista. Qtũ ad primã ꝙi. dico fm btũ Tho. in. iiij. di. i. q̃ eẽ cãm gre põt intelligi duobꝰ modis: aut vt pncipale agens: aut ut instrm. Sacra sunt cã gre: nõ vt pncipale agens qr̃ gram ⁊ gla'm dabit dñs. Sed sunt sicut instra sicut dicimꝰ q̃ vas aq̃ plenuz ẽ cã purgationis ꝺ diu qñ manꝰ lauant. Nec trn̄ vtiꝺ deꝰ sacrm in gram ꝺfezendã ⁊ aĩam iustificandã tãq̃ ꝺgruentissimis instris nobis ad infundendã dinã gram in aniam nr̃a ⁊ illã iustificandã. Nõ trn̄ dicit btus Tho. q̃ sacra noue legis nec instraliter cõcurrũt: ut cae efficientes: sed solũ vt ꝺponẽtia q̃dã. Et B inuenire videt magr̃ in lra cũ ait. bõ nõ q̃rit salutez a sacris q̃si ab eis: sed p illa a deo. qd̃ exponens ꝑdictus doctoꝛ sic ait. Jsta ꝑpõ. a. denotat pncipale agens qd̃ est ipse ds. Sed h ꝑpõ. p. cam denotat instrale: nõ. s. q̃ efficiant aliquo mõ graz: sed sunt eꝰ optime diꝑpones. Posset trn̄ sine erroꝛe dici: q̃ lz sacra nõ sint cae gre vt sic: trn̄ sũt cae gre: vt ipsa gra insit. s. inaĩa. Et hec sufficiat q̃ntũ ad primã ꝙitatẽ. Qtũ ad 2am ꝙi. dico fm btm̄ Tho. ybi. s. q̃ efficacia sacroꝝ a tribus oꝛtũ capit. vz. ex institutiõ ꝺina: ex passiõe xpi: ⁊ fide ecclesie. Primo inq̃ ex ꝺina institutõne tanq̃ ex pncipali cã agente. Dis. n. tã pboꝝ q̃ theologoꝝ scbola clamat: q̃ oĩs cã fa agit in ꝙtute ꝓme cãe: ⁊ q̃ plus iuuat in effectũ ꝓma q̃ fa: vt pz ex ꝓma ꝓpõne de causis. Qd̃ ⁊ xps ꝓprio ꝙbo ꝺclarat. Jo. i. Sine me ingt nihil potestis facere. ⁊ btus Jacobꝰ in sua epla canonica ait. Oẽ datũ optimũ: ⁊ oẽ donũ perfectũ ⁊c̃.

Quare fatis pz q̃ si sacra vim ⁊ efficaciã bñt: h a ꝓma cã que est ipse deꝰ tollũt. Scõo efficaciã bñt a passiõe dulcissimi Jesu xpi. B pz q̃ glo. ad Ro. v. c. sup illo ybo. Siluitudinẽ ꝓuaricatõnis Ade. vbi sic ait. Et latẽ xpi ꝑfluerent sacra: p q̃ saluata est eccl'ia. B aũt factũ fuit in passiõe. q̃ ex passiõe efficaciã bñt. Et põt fieri rõ talis. sacmẽta sunt q̃dã medicie ꝺ pctã. sz p xpi passionez pctã sunt ablata. Apoc. p. Lauit nos a peccatis nr̃is in sanguie suo. Et ad Ro. v. Mortuꝰ ẽ pp delicta nr̃a. q̃re ⁊c̃. Tertio efficaciã bñt a fiõ eccl'ie sicut ex q̃daz ꝺtinuãte instrm cũ pncipali agẽte. qm̃ p fidẽ eccl'ie ad pncipalẽ cãm q̃ ẽ ipe deꝰ ꝺtinuant̃ sacra: p que boies ad dinam graz disponunt̃. ⁊ oĩs illa sacra suscipiẽdo gram illaz suscipiũt: nisi sit defectꝰ ex pte suscipiẽtis. q̃re ⁊c̃. Bz pr̃ Ambro. valde mihi ãbiguuz est q̃ sacra ex passiõe xpi efficaciã bẽant. Prio qr̃ xpus i q̃tuz hõ non dat spm̃: nec gram causat: vt clare ondit p sniaꝝ. di. xiiij. Bz passio ꝺuenit xpo ex q̃ hõ: vt pz. q̃ non põt dare ex passiõe spm̃ neq̃ gram ipsis sacris. Scõo sic. Sacra dñt habẽ efficaciã ab eo p q̃ dõ iustificati sumꝰ. sz iustificati sumꝰ p xpi resurrectiõez. q̃ magis efficaciã hẽre debuerũt a xpi passiõe. Et ꝺfirmaꝝ. qr̃ sacra bñt efficaciã a fide vt tuipse dicis. q̃ nõ a passiõe. pz ꝺna. qr̃ fides nõ respicit trn̄ passionẽ. Bñ aĩa arguis: sz breuiter tibi rñdeo. Et dico ad ꝓmuz q̃ xps inq̃tũ hõ est cã meritoꝛia nr̃e iustificationis. Meruit. n. p passionẽ suã iustificatõem aĩe nr̃e: vt pz in. iiij. sniaꝝ. di. xviii. Bz inq̃tũ deus est cã influẽs gram ⁊ illã efficiens. verũ q̃ est q̃ xps inq̃tũ hõ non causat graz: sicut ꝓncipale agens efficies: sz sicut ꝓncipale agẽs meritoꝛiuz. qr̃. s. meruit suo ꝑciosissimo sanguie sacrã bẽnt banc ꝙtutẽ: vt ad gram quã causat ipse inq̃tuz deus disponerẽt. Ad fm dico q̃ resurrectio est cã iustificatõis tãq̃ ad terminũ ad quẽ: ⁊ passio tanq̃ terminꝰ a q̃. Mõ sacra respiciũt terminũ a q̃. ⁊ iõ directiꝰ respiciũt passiõez q̃ ad pcta ꝺ lectionẽ q̃si satisfactio ordinaꝝ. Ad tertiũ dico q̃ fides dat efficaciã sacris: fic quoddã ꝺtinuatiuum pncipali agẽti q̃ ds est ipse deus. Et iõ fides passiõis a q̃ imediate ⁊ directe sacra efficaciam bñt: ei sdẽ sacris efficaciã largit̃. q̃re ⁊c̃. Jsta ẽ sententia btⁱ Tho. vt s. q̃re ⁊c̃. Qtũ ad tertiaz ꝙi. dico q̃ sacra noue legis vlz ad finẽ mũdi duratura sũt. Audi xpm Matth. xxiiij. Celũ ⁊ tra trãsibunt: ꝙba aũt mea nõ preteribũt. ꝙba aũt xpi sunt in sacris. vt pz. q̃ ⁊c̃. Et ibidẽ ait. Amẽ dico vobis. non ꝑteribit gñatio hec: donec oĩa fiant. Et p hãc gñatõez Crisoꝰ gñatõez fideliuz exponit. Nõ trn̄ hic q̃ btus Tho. pª fe. q. clx. ꝑdicta ꝙba. celũ. s. ⁊ terra trãsibũt. dupl'r expõit: Uno mõ q̃tũ ad variatõez gñatioꝝ. Alio mõ q̃tũ ad variatõez ipsiꝰ modi viuẽdi. Qtũ ad variatõez statꝰ: mũdus in fine seculi nõ erit. qr̃ i fine seculi nullꝰ alius statꝰ succeder statui fidei sine legis noue. Et rõ. qm̃ nullus est statꝰ pfectiõ statu noue legis. Cũ nihil possit esse ꝓpinquius vltimo fini: q̃ illud qd̃ in finẽ vltimũ imediate introducit. B aũt lex xpi est. ad Hebr. x. Habẽtes itaq̃ frẽs fiduciã in itroitu scõz in sanguie xpi: quã initiauit nobis viã nouã. qr̃. s. nullus ascẽdit ante eũ. Michee. ij. Ascẽdit iter pandẽs añ eos Et sequit̃ Paulus p viã nouã ⁊ viuentẽ. i. ñ deficientẽ: sz pmanẽtẽ. qr̃ ꝺ ceꝛo ñ claudet'. Apoc. v. Aperit ⁊ nemo claudit. Luc. xxij. ait ꝺns Petro. Ego p te rogaui Petre vt ñ deficiat fides tua. Et fm hunc sensũ intelligit q̃ lex xpi dura tura est in eternũ. Alio mõ põt intelligi mũdus variari fm variatõez modi viuendi: vt. s. q̃ hodie meliꝰ: cras pfectiꝰ boies viuãt. Et B mõ q̃ti die mutaꝝ hũanus nãe statꝰ. cũ q̃tidie boies ipfecti⁹ se bẽant ad dei obꝙãda mãdata. Prouer. x. c. Uia pctoꝝ tenebrosa. nesciũt miseri vbi corruant. q̃re ⁊c̃. Tu clemẽtissime Jesu xpe q̃ hec ordinasti sacra: ⁊ tua scissima passiõe cõsobõasti illumina corda nostra vt tua valeamus iplere ꝑcepta. hic per gram ⁊ in futuro p gl'am. Amẽ.

Sabbato prime ꝺnice quadragesime ꝺ virgine gloriosa fmo in ordine vndecimus.

Hic ẽ filius meus

b dilectus: in q̃ mihi bñ ꝙplacui. Matth. xvij. Uerba hec aĩa mea in trãs figuratõe clemẽtissimi filij altissimi ꝺi prĩs ꝺcã sunt. Nec B prĩs eterni ꝙba intelligẽda sunt de gñatione tpali: sz eternali. ꝺ q̃ Jo. p. In pncipio igt erat ꝙbũ: ⁊ ꝙbũ erat apud deũ. Nã cũ nihil sit apud seip̃m: subtili mysterio pfil' ⁊ filij psoalẽ distinctionẽ ondit: cũ ait: ⁊ ꝙbũ erat apud deũ. Bz cũ bũanando: filiꝰ etiã sit factꝰ gloꝛe ꝙginis fm carnẽ. Jo. p. ꝙbũ caro factũ est. poterit ⁊ ea dẽ mater gloꝛa ꝙgo dicẽ: aĩa fidelis attẽde. qm̃ hic est filiꝰ meꝰ dilectꝰ in q̃ mihi bñ ꝙplacui. Jngbus sacratissimis ꝙbis tres de gloꝛa ꝙgine facim⁹ ꝺsideratões. vz. Bte ꝙginis singulare ⁊ nobilẽ mrnitatẽ. Gloriose mrnitatis ardentem amabilitatẽ. Gloriose maternitatis excellentem qualitatem.

De singl'ari mrnitate ꝙginis gloꝛe ꝺsideꝰ p⁴.

Gloriose ꝙginis p singularẽ ⁊ nobilem mrnitatẽ videam⁹. vbi tres moze solito ꝛc'ones faciam⁹. vz. Prĩa ꝛc'o ẽ ista Uirgo Maria pciosissima: nõ solũ fuit mr̃ boiꝝ xpi: sz etiã mr̃ gloriosissimi dei. Scõa ꝛc'o ẽ ista Quis ꝙe ⁊ realꝰ filiꝰ dei hõ natꝰ de ꝙgie fuerit trn̄ illa scã ꝙginitas ex tãta ⁊ tali fecunditate non fuit aliq̃mõ ꝺtaminata. Tertia ꝛc'o est ista. Nõ solũ ꝙgo gloꝛa: nõ fuit ex fecunditate in sua puritate carnis contaminata: sed nec ante: nec post fuit aliq̃ modo q̃tula macula pollura.

Qr̃ ꝙgo gloriosa vere fuit mr̃ dei: ꝛc'o p⁴.

Accipe pma ꝛc'onem ⁊c̃. vbi tres ingramus ꝙitatez. vz. Prĩa ꝙitas ẽ ista. An possit aliq̃ mõ ꝓbari ꝙginẽ gloꝛaz fuisse ꝙe mrem dei: ⁊ nõ denoiatiue trn̄. Scda ꝙi. est ista. Qui sunt illi hẽtici q̃ negãt gloꝛaz ꝙginẽ eẽ mrem dei. Tertia ꝙi. est. Qñ ꝙgo gloriosa

Universidad de Deusto
Biblioteca

facta est mr dei. Qtū ad primā ỳi. dico q̄ de hac mā pulchra dicem⁹ sabbato dñice seq̄ntis. Tñ quātū ad pñs spectat: dico q̄ pdicta ỳitas põt pbari auctib⁹: r rõe. Auctibus arguit sic. Audi p̄ Aug. in vigilia epīe. Qui nat⁹ ingt est sine mre in celis: hodie nat⁹ est sine pre in terris. O pdigia. o miracula: pres carissimi nāe iura mutant. In boe deus nascit: ỳgo mr fcā: sed in corrupta. Uirgo bns filiū: nesciēs virum. semp clausa: sed nō semp infecunda. hec ille ꝛc. 2° audi Origenē in omel. ntūtatis dñi. Mr ingt intacta mr īmaculata: mr e⁹. Cui⁹ ei⁹: mr dei vnigeniti dñi r regni oīum plasmatoris: r creatoris cūcto rū. Illi⁹ qui in celis ē sine mre: r in tris est sine pre. Ipse q̄ in celis fm dinitatē: in sinu est pris: r in tris fm corpis susceptōis: in sinu est mris. O magne admiratois grā. O inenarrabilis suauitas. O ineffabile magnūq̄ sacrm. Ipsa eadēq̄ ỳgo. ipsa eadēq̄ mr. ipia r genitrix. ipsa eius ancilla: plasmatio ei⁹. i. creatura eius. ipsaq̄ genuit. qs incō ista audiuit. qs vidit talia. qs hō excogitare potuit: vt mr ỳgo eēt: r intacta gīaret: q̄ r ỳgo pmansit r genuit. hec ille. 3° audi Damas. li. iij. c. xij. Theototon ingt. i. dei genitricez p̄cipuā r vere scāz Mariā pdicamus ỳginē. Dic. n. ver⁹ ds ē q̄ ex ipsa nat⁹ est: ita ỳe Theototos. i. dei genitrix est q̄ vez deū ex ipsa incarnatū genuit. hō ille. Nanc sniam poptime diluci dant dñs Bona. sup. iij. sniax. di. iij. r Cirill⁹ doctor ille grec⁹ maxim⁹: vt videbit infra. 2° hō ỳitas pbat rõe. Arguo. n. sic. Actiones sūt suppositox ex ſo de aia. sed hois xp̄i: r xp̄i dei ē vnicū suppositū: siue vnica psona. s. dina. q̄ opatō ista r act⁹ gīationis erit psone dine. r p cōs ỳgo genuit psonā ỳbi: r psona ỳbi est ds. q̄ genuit deū. q̄ est mr dei. cōa nō cū maiori. q2 ē ppō Aristote. ſo de aia. Minor p3 ex cōi snia theologox dicentiū in xp̄o vnā psonā eē: duas nās suppositanté. s. nām dinā: r humanā. vt p3. iij. sententiax. di. v. q̄re ꝛc. Qtū ad fas ỳi. dico q̄ impiissim⁹ hereticus verā dei mr̄nitatē in ỳgine negans: est Eluidi⁹ hereticus: q̄ suis quibusdā rōnibus sophisticis: r erroneis nitit̄ ꝓbare pfidus mentis sue venenū: r iniquū ꝓpositū. Arguit. n. sic. Pr̄ est q̄ dā subā sua genuit sibi si milē in specie. Simil⁹ dicat de mre. sed filius dei nūq̄ accepit subām dinā a ỳgine: sed ab etno pre. q̄ ỳgo nō põt dici mr dei: sed solūmō hois: q2 hoīem a ỳgine accepit. cōa nō. r maior ē de cōi sentētia p̄box: r colligit ab Ax. ſo de aia. Nāliſſimū. nopex viuentiū: quecūq̄ nō sūt ozbata: neq̄ generatione spontanea hntia: est gīare sibi alterū q̄le ipse est. vt hō hoīez: r planta plantā. Maior ēt est clara. q̄ ꝛc. Itē arguo sic. Mr est p̄cipiū f. iij. mr nō est principiū dei. q̄ nō est mr dei. cōa nō cū maiori. r minor p3. Jo. p̄. In pncipio erat ỳbū. i. ab etno. q̄re ꝛc. Itē mr ē prior filio. ỳgo nō est prior deo. q̄ ỳgo nō est mr dei. Alias rōes relinquam⁹. O dulcissima mr dei adiuua credulitatē nr̄am: porrige lumē: vt te verā dei mrez

oīdā. Ne timeas ingt fili mr: ego tecū sum: r tecū laborabo. lege Cirillū doctorē meū quē supius noiasti: hic tibi oīa me iuuante pandet. Ingt. n. sic. mres terrenox filiox mīstrant paulati cānē pficienda spē humana: imittit āt alalē spīm ō us. Sed ls iste fint terrenox corpox mres: attn pientes: totū aial: r nō ptē pepisse dicunt. Tale āt aliquid gestū pcipim⁹ in gīatione Emanuel. Natū. n. est ex dei subā dei ỳbū. q2 ỳo carnē assumpsit propriā cā faciens: necessariū est ꝺfiteri q2 natus est fm carnē p mulierē. q2 igit r deus vere est: quomō dubitabit quispiā ỳginē dei dicere genitricē. hō ille. Ex quib⁹ sane ỳbis apparet qūo dei eterni pris filius sit: bns mrem in terris sine pre: sic in celis hz prem sine mre. quo quidē mō: r catholice credim⁹ ỳbū assumpsisse eē: cūius eisset eternū. Similiter fm hunc ipsū sensum: q̄ posterior fuit: q̄ añ oīa creata fuit fm diuersas nās. s. dinitatis r būanitatis q̄ in ipso erant. ꝛc. vt p3 intuenti. Et sic p3 fa ỳitas. Qtum ad tertiā ỳi. dico q̄ nō sufficit aliquid fieri: nisi fiat tpe cōpetenti. vt p3 de electōe in. c. cū in veteri. iō fuit necesse: vt ỳgo gl'osa tpe ꝺpetenti fieret mr dei. Tps āt ꝺpetens fuit: qñ tpis plenitudo fcā est. de q̄ Paul⁹ ad Hal. iij. ait. Cū venit plenitudo tpis: misit de⁹ filiū suū ꝛc. Dr āt tps incarnationis plenitudo tpis pp sex rões fz dnm Bona in. iij. di. i. Prio rone ctne puisionis. 2° rõe iplete ꝓmissionis. 3° rõe finite figurationis. Quarto rõe plene pfectionis. Quinto rõe pfecte gīatōis. Et sexto rõe oīuz etatū pfecte tminationis. Prio dr plenitudo tpis rõe eterne puisionis. Nā de⁹ ipse cui⁹ oculi oīa cernunt añq̄ fiant: debito ordine tpe: r mēsura pficit quecūq̄ fienda puidit. Cū g̃ h magnū op⁹ r nouū inter oīa fieri decreuisset. s. carnē buma nā assumere. Hiere. xxxj. Nouū faciet dñs sup terrā: mulier circundabit virū. Necesse fuit vt perfectū tempus ordinē r mensurā ꝺsideraret. que oīa qñ in puncto fuerunt: ipsi soli nota exāt. Queris ergo quare tempus incarnationis: tps plenitudinis dicat. Rndeo: q2 tps aduenerat qō pfinierat deus. Et hec rō colligit ex glo. sup pdicta apostoli ỳba. Cum venit plenitudo ꝛc. vbi sic aut. Completum est tps qō finierat pater qñ mitteret filium suum. Secundo rone implete ꝓmissionis. q2. s. nobis ille datus est: q̄ fuerat repromissus. Hec rō colligitur ex glo. sup illud Jo. p̄. Plenū gre r ỳitatis. glo. quo ad plenitudinem promissox. 3° ratione finite figurationis. q2. s. in xp̄i aduentu figure ille veteris testamenti implete sunt veritate. Et hec rō colligitur ex dicto xp̄i. Mat. v. Non veni soluere legem: sed adimplere. Qō exponēs btus Tho. in. iiij. di. i. ait in rsponsione cuiusdam argumenti. In hoc xps legem impleuit: quia mozalibus preceptis consilia appossuit: r precepta magis e lucidauit. Sed figuris ceremonialium ỳoratez appossuit: r ea i seipso suscepit. hec ille. Quarta rō est plene perfectionis. quia. s. in aduentu

xp̄i fuit tempus gre: que fuit oīum plenitudinū principium. Et hec rō colligitur ex snia Apli ad Col. ij. c. vbi sic ait. Uidete ne qs vos seducat p philam: r inanē fallaciā: fm traditōez hoium: fz elemēta mūdi: r non fm xp̄m. q2 in ipso inhabitat oīs plenitudo dinitatis corpalr. r estis in illo repleti: q̄ est apud oēs p̄cipat⁹ r potestates: in q̄ circūcisi estis: circūcisione nō manu facta: in expoliatione corpis carnis: fz in circūcisiōe xp̄i ꝛc.

Quita rō dicit pfecte gīatōis. q2. s. in tali gīatōe ỳbi datus est vltim⁹ modus gīandi. s. ō mulere sine viro. q̄ modi sunt qttuor. Prim⁹. n. modus hoiez deducēdi i eē: fuit sine viro r mulere. vt Adā. q2 format⁹ est ō limo trē. Scōs de viro sine mulīe. vt Eua. q2 de costa viri formata ē. Tertius de mulier r viro. vt gīamur nos oēs. Quart⁹ ō mulīe sine viro. vt gīat⁹ est xp̄s. p3 q̄ nō põt recte ali⁹ modus assignari. q̄ bene dr plenitudo r finis oīum modox gīandi. Sexta r vltima rō dicit pfecte terminatōis Nā sicut mūdus in sexto die extitit ꝺsumat⁹: ita ogruū fuit: vt in sexta etate eēt reparatus. P⁹ n. etas fuit ab Adā vsq̄ ad Noe. Scōa a Noe vsq̄ ad Abrahā. Tertia ab Abrahaz vsq̄ ad Moysen. Quarta a Moyse vsq̄ ad Dauid. Quinta a Dauid vsq̄ ad xp̄m. Sexta a xp̄o vsq̄ ad finē mūdi. Et istas sex mūdi etates: r similr hois vide in pmio sexti. c. sacrosctē. in glo. Et Archi. de rescrip. in. c. si eo. li. vi. in glo. Etates hois sunt. vt ifantia, pueritia, adolescentia, iuuentus, virilis etas. r senect⁹: siue senectus. p̄o quinta etate. r decrepita etas p̄o sexta. Sz de his satis dictū sufficiant. quare ꝛc.

De singulari fecunditate: r incontaminatōe virginis. conclusio secunda.

Accipe fam ocl'onē. yz. Quis vere r realiter dei filii⁹ hō nat⁹ de ỳgine fuerit. tñ illa scā ỳginitas ex tāta r tali fecūditate: nō fuit aliq̄ mō ꝺtamiata. vbi tres ingram⁹ ỳitates. Prīa quō sit possibile q̄ ỳgo pariat: r cōruptōis sit ignara. 2ª an ỳginitas sit opposita mrimonio. 3ª est an ỳginis r Joseph fuerit vex mrimoniū. Qtū ad p̄mū dico q̄ talis interrogatio nō pue est difficultatis. Ad cui⁹ declarationē p̄ nōndū ē q̄ puatio multis modis capit. vt p3 p pbūm. v. metha. Prio mō puatio dr carētia alicui⁹ fōme i aliq̄ subiecto: i quo nec fm spēm: nec fm gen⁹ ppinquū nata ē esse il la forma. Et sic plāta dr puari visu. q2 nec sēs spēm plate: nec hz gen⁹ ppinquū ei⁹ nata illi plāte forma visibilitatis inesse. Secūdo mō dr carētia fōme in sbo: in q̄ nō est nata in eē hz spēz hz bñ hz gen⁹ ppinquū. r sic talpa dr puari visu. Tertio mō dr puatio carētia fōre in subō: in q̄ nō est nata inesse fm individuū. r sic hō cecus dicit puari visu. Et hō fm nām intellige q̄ nō pōt tali subō idiuiduali forma visibilitatis ieſſe. Nā hz hic cec⁹ fm q̄ hō: aut fm q̄ aial posset forma visibilitatis iformari. nō tñ fm q̄ tale idiuiduū cecū. r hō fm nām. vt dictū est. q2 a puatione ad habitū ipossibilis ē regressio. Quarto mō dr puatio carētia alic⁹ forme in subō: in q̄ nō ē apta nata inesse actu: hz in potētia tm. q̄ potētia aliq̄ reduceť ad actū. r sic catul⁹ ante uonū dicit puari visu. Ista oīa patent in pbia doctis. ꝛc.

Scōo notandū est q̄ difficili⁹ est alicui subō puato aliq̄ forma actu r habitu introducē talē formā que priuatū est: q̄ introducē illā formā: ut sibi sit hz in subō puato actu r hitu. i. potētia ad illā. Declaro h tibi p exēplū. Sit hic sor. cec⁹. et ex alia pte catul⁹ an nonū die: ambo h subiecta visu seu fōma visibilitat⁹ puari dicūt: hz differē ter. qm̄ sor. puat⁹ est actu r hitu fm nām. r catulus actu tm. dic qso qō difficili⁹ eēt: an introducere formā visibilitatis in sorte: an in catlo. Ni mix q̄ in sorte. Sic ad ppositū in sac scripta legimus aliq̄ subiecta forma gīatōis: r potētia generādi puata. q̄bus tñ de potentia sua absoluta magn⁹ de⁹ vim r potentiā dedit gīandi. sic Sare. Elisabeth. r multis alijs: q̄ iam nātr gīare ñ poterāt. qm̄ pcesserāt in dieb⁹ antiqs. q̄ a fortiori poterit de⁹ vim r potētiā gīandi: siue formaz ō sua potētia absoluta dare alicui subō illa fōa puato fm actū tm: r nō fm potentiā. Hz h glosius de⁹ fecit in ỳgine hñdicta quā potētiā voluit reducē ad actū sine viro. ppter dignitatē concipiēdi eterni ỳbi. Eçech. xliij. c. Porta h clausa erit in eternū: r vir nō ingredic p eam: quia dominus deus ingressus est per eam. Et accipit preteritū p futuro. pphetico more. Ex q̄b⁹ satis itelligē potes pmā ỳitatē. Perpulchre de h ętat ex im⁹ doctor sacre theologie magr Frā ciscus de marchia ordis minox. in. q. ſr Matth. q̄re ꝛc. Qtū ad fam ỳitatē dico q̄ ỳginitas nō est oppositā mrimonio. qm̄ carnal' copula nō est de ēntia mrimonij: fz solū motu⁹ ꝺsensus p ỳba de pnti: l'p aliqd equalens ỳbi. vt p3 i. iij. sniax. di. xx viij. Un btus Tho. in. iiij. eadē dis. ponit istud ỳbū dicēs. Mrimoniū nō est ēntia liter ipsa copula carnal': fz q̄dā associatio viri et vxoris in ordie ad carnalē copulā. r alia q̄ ex ꝺsequnti ad vir r vxorē ptinēt: fm q̄ dr eis potestas in inuicē respectu carnalis copule. r hec associatio ꝺiugalis copula dicit. vñ patet q̄ bene dixerūt illi q̄ dixerūt q̄ cōsentire in matrimonium: est cōsentire in carnalē copulā iplicite: nō explicite. Nec dz intelligi sic implicite ꝺtinetur effect⁹ in sua cā. q2 ptās carnalis copule in quaz ꝺsentit est cā carnal' copule. sic ptāl vtēdi re sua est cā vsus. Sz de hac mā satis dicem⁹ feria sexta dñice. iiij. r sabbato eiusdē dñice in 2ª ꝺsideratione. Quare ꝺcludit q̄ solū ꝺsensus p ỳba ō pñti vel equalentie est de ēntia mrimonij. Sz p talē ꝺsensū dr potestas legitima carnal' ꝺmisceri. ata q̄ carnalis copula actualis est pris ad ꝺsensum: q matrimoniū facit. Pōt g̃ vir carnalit ꝺmisceri si vult. r si ñ vult: nō pp h dissoluit mrimoniū. Ex q̄b⁹ sequit q̄ lz cānal' copla int ỳginē r Joseph ñ intuenerit. tñ ga vtq̄ p ỳba de pnti consensit: verum inter eos fuit matrimonium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Uide plene in sabbato. iiij. dñice. q̄re ⁊c̄. Audi Ambro. li. de Marie ꝓpetua ỽgitate ꝓuanda. Nō te ingt moueat q̄ Joseph accepit Mariaz ⁊iugē suā: ⁊ profect⁹ est in egyptū. Despōsata. n. viro ⁊iugil nom̄ accepit. nō. n. defloratio ỽgitatis cōiugiū facit: sz pactū cōiugale. h̄ ille. q̄ ⁊c̄.

Qctū ad tertiā ỽi. dico q̄ ꝑ satis rnsio ꝑ p̄ce dentē ỽitatē. Sz vt ista clari⁹ intelligant: volo ꝓbare q̄ inter ỽginē ⁊ Joseph nō fuit vez mr̄i moniū. Arguo. n. sic. Uoti⁹ ⁊tinentie ipedit mr̄i moniū: vt ꝑz. xx vij. q. i. ꝑ totū. Jñ Hiero. Uouē tibus ingt ỽgitatē: nō solū nubē: sed velle nubē dānabile est. Sed ỽgo gl'osa vouerat castitatē Luc̄. i. Uirū ñ cognosco. i. nō cognituraꝫ ꝓpono. votū. n. nihil aliud est: nisi alic⁹ boni cū delibēa tione fcā ꝓmissio. xx viij. q. i. de viduis. el 2°. q̄ ỽginis ⁊ Joseph nō fuit vez mr̄imoniū. Dic gdā rndēt q̄ uotū solēne ipedit mr̄imoniū: ⁊ dirimit iā ⁊ctū: vt ꝑz. xx vij. q. i. ⁊ di. xx vij. c. vouentib⁹. Uouen ib⁹ ingt ꝑ ỽba de ꝓnti. ſ. soleniter: nō so lū nubē. ſ. de fco: sed ēt velle damnabile est ⁊c̄. Et dicūt q̄ ỽgis votū nō fuit solēne: sed ꝓuatū Et sz votū ꝓuatū ipediat mr̄imoniū: nō tn̄ dirimit iā ⁊ctū. Nō peccauit āt ỽgo ⁊bendo ꝓpē dispēsatoz dīnā. Luc̄. ij. Noli timē accipe Maria coniugē tuā. Et sic h̄ expositio quibusdā sa tisfaciat: iudicio saluo semꝑ meliori. Ego tn̄ vi cerē sic. Q̄ ỽginis votū nō tn̄ fuit ꝓuatū: sed ēt solēne. nō q̄ in cōspectu synagoge castitatez vouerit. sic nunc soleniter vouem⁹ qn̄ in cōspe ctu ecclie ⁊tinentiā ꝓfitemur: sed q̄ sic firmiꝫ ſ uare castitatē vouit: acsi in cōspectu synagoge vouisset. Uel forte ⁊ meli⁹ dicas q̄ iō solēne e⁹ dī votū. q̄ in cōspectu scissime ꝑsone Gabriel votū suū sic firmiꝫ ⁊firmauit: acsi in ꝓntia oīuz sacerdotū ⁊ religionū vouisset. Nā ſm doctoſ est ēt solēne votū: qn̄ in conspcū alie⁹ ꝑsone reli giōis approbate aliqd vouem⁹. Religiosissima āt ꝑsona fuit Gabriel q̄ ⁊c̄. Jñ Bernar. Mittit ingt angelus ad Mariā ỽginē: ỽginē corpore: ỽginē mente: ⁊ ỽginē ꝓfessione: hec ille. Etsi di cas si fuit solēne. q̄ nō fuit vez mr̄imoniū eius. Dico q̄ nisi dispensatio dīna intercessset de fcō: dubiū eēt: sed ōs h̄ dispensauit. Et h̄ triplici rōe vz. Rōe maioris dignitatis: maioris singularitatis: ⁊ maioris cōgruitatis. ¶ Prio rōne maioris dignitatis. Nulli. n. dubiū est q̄ ỽgitas ui duitate: ⁊ quolibet alio statu ꝑstantioz est. sicut ꝑstanti⁹ est: puz q̄ ipuz: incorruptū q̄ cōruptū simplex q̄ mixtū. ⁊ p̄ ons status ỽgitatis fuit ⁊ceptioni filij dei ⁊gruentissim⁹. Isa. vij. Ecce ỽgo cōcipiet ⁊ pariet filiū ⁊c̄. 2° rōne maioris singularitatis. Ecce p̄cipua singularitas. nā sic ỽbū in gñatione eterna est filius sine mr̄e: ita de buit in gñatione tpali esse filius sine p̄re. Et sic i gñatione eterna nullus filij ꝑstantioz repiri pōt nec ꝑstantioz pr̄: ita in gñatione tpali decuit: vt nullus eēt ꝑstantioz fili⁹: nec vlla eēt ꝑstantioz mr̄. ꝑstantioz āt mr̄ est: vt ỽgo ⁊ mr̄ dicaꝫ q̄ mr̄ solū: cū plures ⁊ueniant in h̄ noie mr̄: ⁊ nō in h ỽgo mr̄. q̄re ⁊c̄. 3° rōe maioris ⁊gruitatis. nō n. fas est: vt p e⁹ aduentū violaret integritas q venerat sanare corrupta. vt ait aureli⁹ Augu. in ſmone. Et hec sufficiant pro ꝓsenti ⁊clone.

De puritate virginis conclusio tertia.

Accipe tertiā ⁊clonē. vz. nō solū ỽgo glo riosa nō fuit ex sua scā fecūditate in sua puritate carnis cōtaminata. sed nec añ nec post fuit aliquo mō q̄ctula macula polluta. vbi tres ingram⁹ ỽi. ¶ Prima ē ista. q̄t modis aia rōnalis in hac vita ⁊taminari pōt. 2ª ỽi. ē. si ꝓbari pōt ỽginē nūq̄ fuisse ⁊taminatā. 3ª ỽi. qō ꝓuileguū habuit ỽgo gl'osa: q̄ sic fuit ꝑuata.

Qctū ad ꝑmā ỽi. dico q̄ triplicit aia ⁊tamia ri pōt. vz. culpa originali: culpa veniali: culpa mortali: ⁊ malo penali. ¶ Prio inq̄ ⁊taminat culpa originali. Sol⁹. n. hō nascit̄ i pccis. nō bos: nō lupus: nō asin⁹. ⁊ sic de alijs. Organiçato. n. hūano corp̄i ⁊ aia rōnali introducta: mox i pe nā pcci ꝑmox parentū: culpā cōtrahit originalē vt onḋit btus Aug⁹ li. de fide ad ¶Petrū ꝑte 5a q. xxiij. ⁊ canoniçat in decretis. de cōse. dis. iiij. c. fit missime. vbi dicit text⁹. Firmissime tene ⁊ nullaten⁹ dubites oēz boiez q̄ p concubitū viri ⁊ mulieris concipit cū pccō originali nasc: ipie tati subditū mortiq̄ subiectū. Et ob h̄ ire nasci filiū. de q̄ dicit Aplus. Eram⁹. n. nā filij ire: sic ⁊ ceteri. A q̄ ira nullus liberat nisi p fidē media toris boīs Jesu xp̄i. q̄ sine pccō cōcept⁹: sine pec cato nat⁹: sacrificiū deo fcūs pro pccis nr̄is ⁊c̄. Firmissime tene nō solū boies rōe ytentes: ue rū ēt puulos: q̄ siue in vteris matrū viuē incipi unt: ⁊ ibi moriunt: siue iā de mr̄ib⁹ nati sine ba ptismi sacro: qō dan̄. in noie p̄ris ⁊ filij: de h̄ clo transcūt: sempit̄no igne puniēdos. q̄ etsi pccī ꝓprie actionis nullū h̄nt: originalis tn̄ pccī dā nationē carnali cōceptōe ex ntitate traxerunt. h̄ ibi. Quē certe lachrymabile statū deplorans q̄libet bō nascēs ait. ha. ha. he. q̄si dicē velit. O q̄ti guai: q̄t̄ q̄t̄ na. tunc ab Eua. 2° cōtaminari pōt aīa culpa veniali: ⁊ itez in penā nobil datū est: vt sine veniale culpa viuē nō possim⁹. i. Jo. i. Si dixerim⁹ q̄m pccm̄ nō habem⁹: nosipsos se ducim⁹: ⁊ ỽitas in nobis nō est. 3° cōtaminat culpa mortali: ⁊ hāc fugē possum⁹ si volum⁹: cū in nr̄a reliq̄rit potestate nos ōs ipse. Quarto cōtamiaꝫ malo penali. ſ. i iferno. q̄ p culpā mā net reat⁹ ad penā. De oīb⁹ istis plene dicem⁹ fe ria sexta. iiij. dñice. cōsideratōe p⁹. Dicit hic di xim⁹ q̄ctū tn̄ sufficit ad ꝓpositū. ¶ Qctū ad 2az ỽi. dico q̄ sic. sz ad p̄ns dicenit tñscam⁹. Sabba to. n. q̄re dñice ad plenū ista mā vētilabit. Dico q̄ q̄ ỽgo gl'osa ab oīb⁹ ꝓdictis fuit icōtamia ta. q̄ gl'osus Augu. oñdēs ait. Cū de pccō agit nullā prorsus volo de Maria facere mentōez. Et canticoz. iiij. c. Tota pulchra es amica mea ⁊ macula non est in te. Et Sap̄. vij. c. Lādor lu cis eēne: ⁊ speculum sine macula: que omnia ut intuenti pz magis de ỽgine gloriosa q̄ aliquo alio scō ỽitatē h̄nt. Et ea duab⁹ rōib⁹ cōfirmo.

¶ Prīa rō est ista. Si. n. virginē gl'osaz talibus macul⁹ ⁊taminatā aliq̄ mō dicerem⁹: sequit q̄ i iuriā facim⁹ filio dei. sz hoc est incongruū. q̄ ⁊c̄. Sc̄la ꝓbat. qm̄ dei fili⁹ sibi mr̄em icōtamia tā elegit. ⁊ tu ponis eā ⁊taminataz. q̄ male. ꝑ⁹ps añcedentis ꝑz canti. ij. c. Sicut ingt liliū inē spi nas: sic aīa mea inē filias. Spine aut̄ sunt oīa pct̄a q̄ aiam pungūt. vt dicit btus Greg. sup illup Math. Aliud semē cecidit inē spinas. q̄re ⁊c̄. Et confirmat. Maioris. n. ⁊gruitatis ⁊ di gnitatis erat filio dei mr̄em eligē semꝑ incōta minatā: q̄ ⁊taminatā: ⁊ postea scificatā. sed h̄ n fuisset si ponim⁹ eā ⁊taminatā. q̄ ⁊c̄. Sc̄a rō est ista. ¶ Ponam⁹ vt q̄dā aiūt q̄ ỽgo fuerit i pec cato originali ⁊cepta: sz scificata: dic q̄so quā ꝓrogatiuā mr̄i ⁊tulisset: quā etiā nō ⁊tulisset alijs scis. Nā sicut in ⁊ris nulla nobilioz est ỽginis mr̄ nitate: ita decuit nobilē ⁊cedere mr̄i ꝓrogatiuā anteq̄ in illa gesceret. ñ pōt aūt dici q̄ fuerit sci ficatio a pct̄o originali. qa etiā Sāson. Hiemal Jo. baptista. h̄a deo in munē accepunt. q̄ ōbuit ꝑseruari ex ꝓuilegio spāli ne ⁊taminata fuisset. Eccl. xxiij. Qui creauit me. ſ. talē regeuit in ta bernaculo meo. Nec etiā hoc sufficiebat ad di gnitatē maternā dei: sz oportuit vt illesa a pct̄o veniali: ⁊ mortali etiā ꝑseruaret. nā si scōs suos a mortali ꝑseruauit: q̄cto magis decuit matrez. Etsi a mortali ⁊ nō veniali: qd magis matri cō tulisset q̄ militib⁹ suis. q̄re ⁊cludam⁹ fuisse ne cessariū mr̄em dei oīno ab oī culpa eē incōtaia tā. ⁊ p̄ ons ab oī reatu. ⁊ sic ab oī pena ifernali. q̄re ⁊c̄. Qctū ad tertiā ỽi. dico q̄ tria maxie ꝓuilegia ex ꝓdicta ꝑseruatōe ỽgini ⁊cessa sunt vz. Audacia inꝑpellādi. Hīa ipetrādi. Et gīa di spensādi. ¶ Prio ei ⁊cessa est audacia inꝑpellā di. Audaci⁹. n. cozā iudice logit̄ q̄ nūq̄ in crimie depḥēsus est: q̄ q̄ aliqn̄ cozruit: ista satis nota ē Sz ỽgo nūq̄ fuit in aliq̄ crimie depḥēsa: vt ꝑz ex ꝑcedēti ỽitate. q̄ ⁊c̄. Jnō gl'osus Ber. ait. Jn cel'securos nos aduocatos hēre dicēs. Secuz aduocatū o hō hēs apud ꝑem: vbi fili⁹ stat āte ꝑem. mr̄ añ filiū ⁊c̄. 2° ei ⁊cessa est gīa ipetrā di. qm̄ null⁹ citi⁹ ꝑ pct̄oꝛib⁹ apud deū gīam ipe trat q̄ gl'osa ỽgo. iō magis p ozbē ei⁹ miracula clarescūt q̄ alti⁹ sci. vt ꝑz exptis. 3° ei ⁊cessa ē gīa dispēsādi. Fcā est. n. gīaz dispēsatrix. vt hā bat⁹ Piero. oñdit. Nulla ingt gīa descēdit ō ce lis ad tras: nisi trāseat p man⁹ Marie. q̄re ⁊c̄. Et ista sufficiant pro prima consideratione.

De dulcissimo amōe ỽginis ⁊sideratio scōa.

oceani fuit ex magna pte:z qm̄ salse sūt iducte
sterilitatez. ¶ Quarto ex scia Ade. Adam eīm
oiuz naturaliū rex pfectā ꝺ habuisse noticiā
z ꝓ ns berbaz vires:z lapidū vtutes q̄ pluri
mū faciūt ꝓ seruatione vite cognouit: z suc
cessores docuit:z sic illis etiā posteri vtebāt.
¶ Quinto ex diuina dispositione: vt.s.p lōgā
hominū vitam cito multiplicarēt humanum
genus. ¶ Sexto ex bono aspectu sideruz sup
regionē illā.aspectus nāqz celi multuz facit ad
vite diuturnitatē.bec de itētiōe pfati doctoz
Ego tn̄ i hac pte nescio qd dicā:quid ad rez g
illi cētū z vltra supuixerint ānis z tādē vt nos
mōtui sint oēs:Audi Senecā ad Lucillū epla
71. ¶ Prenauigauius ingt Lucilli vitā: z qualiad
modū i mari:ut ait Virgili⁹ noster. Terre vr
besqz recedūt sic i occursu rapidissimi tpis:pri
mū puericiā abscōdim⁹: deinde adolescentiaz
deide qcquid illud ē inter iuuenē z senē medi
um i vtriusqz ꝺfinio positū:deide ipos senectu
tis optimos ānos nouissime icipit oñdi publi
cus finis gñis hūani tē.Et idē ad enndez epla
centesima.Dimidiū ingt vite dōmit. adiice la
borēs:luct⁹.pericula:z itelliget nouissima vita
minimuz eē qd viuit.hec ille.vide ēt de hoc ō
feria qnta scde dnice in secūda ꝺsideratiōe.q̄re
tē. ¶ Ctuz ad ꝓmaz xi.dico q̄ mors pōt dupliciē
ꝺsiderari.vno mō vt corruptio vite z ꝓuatio
boni nālis.z vt sic nō habet appetibilitatis ra
tionē.Et ꝺm hoc eadē ratione qua hō viuere
cupit naturalit:mortē fugit z euitat:qa a pri
cipio gñi animantiū omni ē a natura tributuz
vt se vitam corpusqz tueat:declinet que noci
tura videnť:z q̄ ad viuendum nēcia sūt ¡grat
z paret:vt ait Tullius primo de officijs. Alio
modo pōt ꝺsiderari mors vt q̄dam ꝺdtio na
ture z ordo dei.z sic cum venit acceptanda ē:
q̄ñ sic statutū est bōi sel mori. Et ꝺm hoc itelli
guntur plura dcā moralissimi Senece. Audi eū
epla ad Lucillū.98. Oia ingt ad q̄ gemim⁹ z ex
pauiscim⁹ tributa vite sunt. Et q̄si statī oia ista
in longa vita sunt:quō in longa vita sunt pul
nis z lutū z pluuia. Et epla.83.ait. Mors ē illa
qdē ē q̄ mala nō sunt:hz tamen speciez mali. sui
quidē amor ē z permanēdi:seruādiqz ista vo
luptas atqz aspernatio dissolutionis.quia vide
tur nobis multa bona eripe:z nos ex hac cui as
sueuimus rerū copia educē.illa ad q̄ transituri
sumus nescius qualia sūt:z horrem⁹ ignota:nā
lis ēt tenebrarū ē met⁹ i quas aditura mors cre
dit tē.Multa.n.de hoc dicit i hac epla. Et idē
epistola.94. Obiurgāus igt quottidie fatuz q̄
re ille non rapitur:quare ille i medio cursu ra
ptus est:quare ille nō rapit. q̄re senectutē z sibi
z alijs grauē extendit.vtrū obsecro te equius
iudicas tenē:an tibi parere nām? qd autez inē
est q̄cito ereas. vnde tibi q̄qz exeundum est:
ñ vt diu viuāus curāduz ē:hz vt satis.nā vt diu
viuas fato opus est: vt satis aio.s.opus est. Et
bec sufficant ad pñs q̄ḡuis ad hoc ꝓpositū mul
te sint auctoritates. ¶ Ctuz ad tertiā xi.dico
q̄ ꝺriū bone mōti ē mortale pctm̄. Nō.n.ꝺ be
ne mori qui male vixit male āt vixit q i mortali
bus culpis vitā finiuit. Audi eundē Senecam
ad Lucillum epistola quadam. Ante inquit di
em mortis morianť vitia:dimitte istas voluptā
tes turbidas. Nō.n.tantū venture nocēt sed ꝓ
terite z recte dicit ante diē mortis.q̄ñ vt dicit
Cesarius z Aug.i sermone inocētū: percutitur
bac aiaduersione peccator: vt moriens obliui
catur sui qui dū viueret oblitus est dei. Istis xi
tatibus sic deductis exēplo ꝓbare possumus i
firmitates corporales nuncios mortis esse Isa.
38. Egrotauit Ezechias vsqz ad mortē. ecce q̄ i
firmitas nuncius mortis fuit. z de Lazaro Jo:
xi.dicitur. Dñe ecce quē amas infirmatur. z sic
de alijs. Nō tn̄ q̄ licet ifirmitas mortis sit nun
cius non tn̄ ita necessarius nunci⁹: vt ea posita
mors ipsa ponatur:hz ita intellige vt mors non
pōt cuipiā nāliter cōtingere siue ꝓcuia ifirmi
tate. Audi textū.15.q:1.ꝺ.ut itaqz. Infirmitas in
quit que ꝓprie carnis dicit ē que elemētoruz
seu humorū cōcordia perturbata:caro ipsa af
fligitur:z tandē dissoluitur. vide q̄so calamita
tē nostrā. vix eniz quispiā reperitur qui non ab
vtero matris aliquā deportet infirmitatē. q̄ tā
dē grauatus per illā perit. quidā illoruz infirmi
tatem:quidā colicā:quidā podagram: quidam
ydropisim:tussim:vel paralisim patiuntur. plu
rimi torquentur dolore capit⁹:vel stomaci:z sic
de alijs. vnde q̄uis medicine auctores multa
suis i libris remedia scripserint:mortis tamen
remediū adiuenire nequierunt. q̄re tē. Dec suf
ficiant pro presenti cōclusione.

¶ Qō senectus est nūcius mort⁹ ꝺclo ꝺtia.

Accipe ꝺtiā cōclusionē. vz. miseria sene
ctus quā si longo viuim⁹ tēpore:ñ pos

sumus decliare:mortis falcē qua vita nra succi
datur videtur denūciare. Ubi tres ingramus
veritates videlicet. ¶ Prima vēitas est ista. q̄
sūt conditiones misere senecturis. ¶ Secunda
veritas est ista. vera z sancta senectus quan
tū debet honorari. ¶ Tercia xi.est. quomō se
nectus est nuncius mortis. ¶ Ctuz ad primaz
dico q̄ tres sūt ꝓcipales conditiones senectut
naturalis quodāmodo videlicet antecedētes:
cōcomitātes:z subsequētes. Antecedentes sūt
intriplici gradu. quedam sūt circa itellectum
quedā circa memoriā z volūtatem z quedā cir
ca omnia corporis mēbra. Circa intellectuz fit
mentis alienatio. circa volūtatē z memoriā fit
oblīuio z nō contentatio. z circa corporis mē
bra fit dolor. Dico p⁹ q̄ circa itellectū fit mēt
alienatio. vnde ls intellectus nō sit potentia or
gānica nec ōgāo corpis affixa. vt pz.3.ꝺ aīa. vbi
dicit pbus sic ad lram. Dico aūt itellectū q̄ opi
natur z itelligit aīa nihil eē actu coz que sūt an
te itelligē. vnde neqz misceri est rōabile ipsum
corpori. Qualēni aliqs vtiqz fiet: aut calidus
aut frigidus: si organū aliqō erit sicut sensitio
nunc āt nullū ē.s.calidum aut frigidū tē. tamē
dū homo senescit experiētia teste adeo i plb⁹
debilitat intellectus: ut plerūqz q̄si ad pueritiaz
deducatur. sicut de Alberto magno legim⁹ qui
sūmus fuit philosophoz: sicqz de alijs. Quedā
fiunt circa memoriā z voluntatem. faciliter. n.
senes obliuiscuntur z cum difficultate conten
tant: nescientes qd sibi velint. z vnū quodque
etiā minimuz illis impedimentum prestat. satis
ista nota sunt. Tertio loco aliq̄ cōditiones. cir
ca omnia corporis membra fiunt. deficiunt
enim in senectute crura: vt neduz currē: hz nec
passiz ābulare possint. dentes marcescūt: z pau
lati cadūt. oculi caligant z sepe excecantur. au
res surdescūt. male digerūt ꝓpter caloris na
turalis defectū: quo fit vt plurimuz frigidi fiāt
sicut de Dauid.3. Regl.p⁹ dicitur. Rex David
senuerat: habebatqz etatis plimos dies. Cunqz
operirēt vestibus: nō calefiebat: vnde nec Al
basc sūamitē cogīscē potuit male isup dōmūt
ꝓpter frigiditatez z humorum siccitatez. Fri
gescente ē z sanguine z humoī siccato ex nutri
mēti paucitate: ad cer⁹ brū pauci vapores ascē
dunt: quo fit vt pax dormiāt. Quid plura? do
lent i senectute ossa: dolēt neruli: vexāt mēbra
cuncta: boy: bey clamāt. ps. Sup lectū doloris
eius versasti omnes infirmitates eius. Et b⁹ō
p⁹imis. Secunde senum conditiones concomi
tantes dicuntur. Etsi quodammodo infinite
sint: tres tamē sunt principales. ¶ Prima est ide
fectu vrine. secunda i corpore stiptico. tercia in
virtute augmētatiua z nutritiua. ¶ Prima in
quā est in defectu vrine. Ubi nota q̄ vesica ē
vrine receptaculū ꝓcedēs ab epate. z vrina ē
colamētuz sanguinis z alioz humorum qui ab
epate tāḡ a fonte in totū corpus ꝓcedit. vnō
licet sit corpori vtilis: multotiens in senectute

Universidad de Deusto
Biblioteca

emitti non poteſt: vnde corroſio ſequit̃ z innumerabiles infirmitates ꝛc̃. ¶ Secũda ē incorpore ſtiptico. magna. n. cũ difficultate egerit: z vt plurimũ ſtiptici ſunt. ¶ Tercia ē i augmẽtatiua z nutritiua. ſenes enim non creſcunt: ſed decreſcunt. parũ nutrit̃ z parũ generant. ¶ Hec ſatis nota ſunt. quare ꝛc̃. ¶ Tercie conditiones dicuntur ſubſequentes. z hec etiam ſunt intriplici gradu. prima dicitur putredo. ſecunda corroſio. z tertia vilis eſtimatio z dicuntur ſubſequentes. ſcz mortem: quia poſtq̃ ſenes in miſeria vixerunt: tandem mors vitam eor̃ tollit: vnde ſequitur corpum putrefactũ Job. 25. Homo putredo z filius putredinis. caterua ẏmium corrodentiu̇ oritur Ecc̃. 10. Cum dormierit homo hereditabit beſtias z ſerpentes. z tandem ſequitur vilis eſtimatio qm̃ nihil vili⁹ cadauere hominis. Iſa. 33. Interfecti eor̃ pi icientur: z de cadaueribus eor̃ aſcendet fetor ꝛc̃. Et ſic breuiter ſenũ trãſcurrimus conditiones. Sed quia forte ſenes hic dicẽ poſſet pater Ambroſi nos ſic bodie deſpectos oſtendis q̃ lapidabitur noſtru̇ quiſq̃: adiuua nos precamur. ideo ad ſecundȧ veritatė tranſeamus. videlicꝫ. quantu̇ vera ſenectus ſit bonoranda. ¶ Octu̇ ad ſecundȧ veritatė dico q̃ ꝓpter ſex rationes ſenes ſunt plurimũ bonorandi. Primo quia ſenes in rebus diuinis ſũt doctiores: tu̇ quia frequẽtius ſeruos dei viſitãt z ꝺ diuinis inquirunt: z in libris ſacriſ libenter legunt. qꝺ raro in iuuenibus accidit. Secundo quia ſũt in rebus regendis idonioꝛes. Exemplu̇ de romanis z de filio illo qui patrẽ ſenẽ non occidit. Job. i2. In antiquis ẽ ſapiẽtia z in multo tẽpore prudentia. Tertio quia eor̃ cõſiliũ ſanius ẽ. Inde dñs vt Moyſes bene populu̇ regeret Numeri. xi. ait ad eu̇. Cõgrega mihi. 70. viros ꝺ senioribus iſrl̃ quos tu noſti q̃ ſenes populi ſunt ac magiſtri: z duces eos ad boſtium tabernaculi federis: faciesq̃ ibi ſtare tecu̇ vt deſcendaꝫ z loquar tibi: z auferaꝫ de ſpiritu tuo: tradãq̃ eis vt ſuſtẽtẽt tecu̇ onꝰ populi z nõ tu ſolus graueris ꝛc̃. ¶ Quarto quia puriꝰ viuũt. Sap. 4. Canitiẽ enim ſunt ſenſus hominis: z vita ſenectutis vita imaculata. ¶ Quito q̃ cõpoſitius loquunt: z ideo iuuenes ſilẽtiũ tenere debẽt. Ecc̃. 32. Adoleſcẽs vir loquere in tua cauſa cũ neceſſe fuẽrit ſi bis interrogatus fueris: caput habeat reſpõſu̇ tuu̇. In multis eſto quaſi neſciuſ: z audi tacens ſimul z querẽs. z loqui i medio magnatoꝛu̇ nõ preſumas: z vbi ſunt ſenes non multu̇ loquaris ꝛc̃. Et Leuit. 19. Coram cano capite ꝺ ſurge: z honora pſonam ſenis. ¶ Sexto z vltimo ſunt bonoꝛandi: q̃ ſunt alioꝝ exemplũ. Inde Piero. in epla ad Nepotianũ. poſtq̃ oſtendit iuuentutẽ multa bella corꝑis ſuſtinere: ita de ſenibus ait. Senectus ẏo eor̃ qui adoleſcentiam ſuam bonestis artibus inſtruxerunt: z i lege dñi meditati ſunt die ac nocte: etate ſit doctioꝛ: vſu tritioꝛ: pceſſu temporis ſapiẽtioꝛ: z veteru̇ ſtudioꝝ dulciſſimos fructus metit. vnde z ſapiens ille vir grecie Demoſtenes: cu̇ expletis centu̇ z ſeptẽ annis. z ſenirẽ cerneret dixiſſe fertur ſe dolere q̃ tunc egrederet e vita quando ſapere incepiſſet. Plato octuageſimo z nonageſimo anno ſcribens mortuus eſt. z Socrates nonaginta z nouem annos in docendi ſcribendiq̃ laboꝛe compleuit ꝛc̃. Ecce q̃ pulcꝛa vita ſenu̇ adducit nobis i exemplũ. q̃re ꝛc̃. Et hec volo ſufficiant ꝓ preſenti ẏtate.

¶ Octu̇ ad tertiam veritatė ſolũ audi vnam pulcherrimaꝫ Hugonis auctoritatem in libꝛo de clauſtro anime. Inter abuſiones ſeculi hui⁹ ſola maior eſt ſenis obſtinatio: qui mortẽ proximus mortis nõ abhorret aduẽtu̇: qui quaſi ad boſtium mundi huius poſitus foꝛis expectat. Nec tamen vite preſentis attẽdit egreſſu̇: nec future cõſiderat ingreſſu̇. Audit nũcios mortis z credere nõ vult eis. Tres enim ſunt nũcij mortis: caſus: infirmitas z ſenectus. caſus dubia: infirmitas grauia: ſenectus certa nunciat. Caſus enim nunciat mortẽ latentẽ: infirmitas apparentem: ſenectus preſentẽ. ex incertitudine mortis timor: ex infirmitatis grauitate dolor: ex certitudine ſenecturis nõ obſtinatio: ſed afflictio z humilitas ſequi deberet. hec ille. Et hec ſufficiant ad preſens ꝓ iſta concluſione.

¶ De prudentiſſima ſtudioſitate mortis conſideratio tertia.

Tertio mortis pru

dentiſſimaꝫ ſtudioſitatẽ videam⁹. Ubi tres cõcluſiones ſubiũgamus videlicet. ¶ Prima concluſio ẽ iſta. Generaliter omnes quos videmus ſe vita tranſire debem⁹ maxima cu̇ moderatione dolere. ¶ Secunda cõcluſio eſt. quantũcũq̃ gens periculis mũdi ſuccumbat: nũq̃ tamen vt eua dat mortem procurare debet. ¶ Tertia concluſio eſt iſta. illi ſũt maxime defiendi quos certis cognoſcim⁹ ſignis q̃ in infernũ erũt cruciãdi.

¶ De fletu mortis concluſio prima:

Accipe primã concluſionẽ. vꝫ. generaliẽ omnes ꝛc̃. Ubi tres inquiram⁹ veritates. vꝫ. ¶ Prima veritatis eſt iſta. quo mõ ſine peccato mortuos nr̃os flere poſſimus. ¶ Secunda veritas ẽ iſta. que ſũt remedia vt patiẽtiã in morte habere poſſimus: ¶ Tertia veritas eſt iſta. an ordinate mortuos flẽdo mereamur. ¶ Octũ ad primã veritatem pono tres regulas. Prima eſt iſta q̃ multiplex eſt fletus. Secunda eſt q̃ tres cõditiões requirũtur in ordinato fletu. Tertia regula q̃ ſine peccato poſſumus mortuos noſtros flere. ¶ Quantu̇ ad primã regulam eſt notandũ q̃ triplex ſ. principalis luctus: quidam bonus: quidam malus: q̃dã indifferẽs. Fletus bonus eſt triplex. ſ. compaſſionis: iocũdationis: z pegrinationis. Fletus

·30·

cõpaſſionis eſt quãdo de morte vel aliquo alio primi i cõmodo dolemus z ex charitate plangimus Dauid eni nõ ſolu̇ mortẽ ſui dilectiſſimi. Jonate: ſed z Saulis inimiciſſimi miro mõ defleuit z ꝓ ipſo ieiunauit. vt. 2. Reg. i. legim⁹ Sacerq̃ Ambroſius mediolãenſis epũs z eccl̃e doctõ cũ bonũ viꝝ mortuũ audiebat amãiſſe flebat: tũ q̃ eũ ad primũ pceſſerat: tũ q̃ a fidelib⁹ trñ ſublatũ eẽt auxiliũ. Quid dicaꝫ de xpo Jeſu nr̃o qui inter medias laudes ẏſus hieruſalẽ ꝓxius paſſionis aſinũ ſuperſedens lachrymabiliter fleuit. ſimiliter et in morte Lazari fleuit. Audi ſenem Hieronymum. i epla ad Tiſaliũ in q̃ plurib⁹ ratiõibus confortat̃ eũ ꝺ mõte filie ſue: inter ceꝛa ꝺ dicit. Plane Lazarum mortuũ fleuit: ſz nõ tuas lachrymas fudit. Reſurrectõis ꝓmiſſor doloꝛẽ docẽ nõ poterat: ne fidẽ pfidiã facẽt quã docebat. Doluit Lazarus non dormiẽtẽ: ſz reſurgentẽ. z flebat quẽ cogebatur ꝓpt̃ ſaluãdos alios ſeculo ꝛuocare. hãc vitã dñs dãs ingemeſcebat quã tu dolet̃ cẽ ſublatã. Cõtra lachrymas eꝰ pugnãt lachryme tue z amoꝛ tuꝰ amoꝛi eꝰ nõ ꝺuenit: hic fletus nõ ꝺs pietatẽ. Ille nolebat redire doloꝛibus quẽ dilexerat: z amare credis te cui doloꝛi volebas ad huc pſtare tormẽta? Letex ſi putas eũ Lazarũ doluiſſe: aut nõ permiſiſſet exire qui repellere poterat mortã: aut certe nõ fleret quẽ mortuũ reſuſcitare poſtmodum habebat ptãtem. vnde apparet ſolũ eũ hac de cã fuiſſe ꝺmotum: ga ad boſtilẽ vitã cariſſimũ reuocare denuo: z ꝓpter credẽturos alios: z confũdendos incredulos urgebat̃. hec ibi. Inde z ſanctus Job. 30. ait Flebã quondã ſuper eo qui afflictus erat: z cõpatiebatur aĩa mea pauperi. Et Hieremias in trenis. c. 2. ait. Defecerunt pre lachrymis oculi mei: conturbata ſũt viſcera mea. effuſũ eſt in tra iecur meũ ſuper ꝺtritionẽ filie populi mei cũ deficeret paruulus z lactãs i plateis oppidi. z ſic pz primus luct⁹ bonus. ¶ Scũs luctus bonꝰ dr̃ iocundatiuus. z hic accidit in deſiderio celeſtis patrie: z contẽplationis oratione: z in doloꝛe peccatl. de pꝰ audi ꝓs. Super flumina babilonis illic ſedimus z fleuim⁹ dum recoꝛdaremur tui ſyon. De ꝺo. audi Greg. ſup illud holocauſtu̇ tuũ pingue fiat. Holocauſtũ inquit tecum eſt bonũ opus qꝺ oratiõis lachryme nõ infũdũt holocauſtũ pingue ẽ qñ hoc qꝺ bene agit̃ coꝛꝺ büili ẽt per lachrymas irrigat̃. Et Aug. li⁹ de ciui. dei. Quanto ĩgt eſt quiſque ſanctiꝰ: tanto eius i oꝛando fletus vberiꝰ ꝛc̃. ¶ De tercio audi Ambꝛo. ſuper Lucam. Fleuit inquit Petrus amare vt lachryme lauarent delictũ. Tu ſiẽr lachrymis dilue culpã. nõ inuenio qd dixerit: ſed q̃ fleuit. Et Bernardus de ꝺcẽptu mundi. Felices ĩgt lachryme q̃s benigna manus ꝺditoꝛis abſterget. z bti oculi q̃ in talibus liq̃fieri elegerunt: q̃s eleuari in ſupbiã: q̃s oẽ ſublime videre: q̃s auaricie z petulãtie famulari. Et Caſſiodoꝛ ſuper illud fuerũt mihi lachryme nee ſicut panes ꝺie ac nocte ait. Fletus ẽ cibus aiarũ: coꝛporatio ſenſuũ: abſolutio pctoꝝ refectio mentiũ lanacrũ culpaꝝ ꝛc̃. ¶ Tertius luctus bonꝰ dr̃ peregrinatõis. pe. Heu mihi q̃ incolat̃ meꝰ plongatus eſt. z Paulus ad Ro. 7. c. Infelix ĩ gt ego hõ: gs me liberabit de corꝑe mortis hui⁹? Et talibus dñs ait Luc̃. 6. Beati q nunc fletis: qm̃ ridebitis. z Jo. i6. ait. Amen dico vob is gaudebitis z flebitis vos: mũdus ãt gaudebit: ſz triſticia vr̃a ẏtet̃ i gaudiũ q̃re ꝛc̃. ¶ Scõus ꝑncipalis luctus dicit malus. z hic ẽt ẽ triplex: ſ. dãnatoꝝ: deſperatoꝝ: z boiũ mũdanoꝝ. Luctus dãnatoꝝ deſcribit Mat. i3. Ibi ẽit fletus z ſtridoꝛ dentiũ. z Apoc. i8. Plangent ſe ſuper illã. ſ. beſtiã oẽs reges terre qui cũ ea foꝛnicati ſunt. z Sap. 5. Uidentes turbabuntur timore horribili: z mirabunt̃ i ſubitatõne inſperate ſalutis dicentes intra ſe penitẽtiã agentes z ꝑ anguſtia ſpũs gemẽtes ꝛc̃. Fletus deſperatoꝝ ẽ vt Jude Matb. 26. Peccaui tradẽs ſãguinẽ iuſtũ z abiens laqo ſe ſuſpendit. ¶ Luctus mũdanoꝝ ẽ qñ diues ploꝛat de amiſſa pecunia: et ſic de aliis. hoc ſatis practice oñdi põt. ¶ Tertius principal⁹ luctus dicit indifferens. z dicit i differẽs. q̃ ex ſe nec bonus nec malus eſt: ſz ad vtrũq̃ flecti põt: vt ſi nãliter gs doleat de tpalibus ſicõmodis ſi deũ in tali luctu laudat: bonꝰ ẽ: ſi nõ: ſz murmurat cõtra deũ z fit̃ia: tũ malus ẽ. Et ſic pz prima regula hꝰ ẏtatis. ¶ Accipe ſecundã. vꝫ. q̃ tres ꝺditões reperiũtur i ordiato fletu. vꝫ. ordo debit⁹: electio: ſupfluꝰ: z ordiata ſupportatio. ¶ Prio ordinatio lachrymaꝝ debita ſiue debitus ordo lachrymãdi. Ecc̃. 38. In mortuũ pduc lachrymas: z q̃ſi diꝛa paſſus incipe plorare. cogit nã vt gſq̃ de icõmodis doleat Heñ. 43. Erũpebãt lachryme z introiens in cubiculũ fleuit. z charitas flere cogit i dãnis ꝓximoꝝ. Ecc̃. 22. Sup mortuũ plora. defic̃. n. ſpiritꝰ eꝰ. Audi Senecã ad Lucilliũ epla. 99. Excidũt ĩgt ẽt retinentib⁹ lachryme: z aiuꝫ pfuse leuant Quid ergo eſt: permittamus illas: nõ imperemur. fluuant inq̃tum affectus eiecerit: nõ q̃tum poſſet inuitatio. Et. 63. ait. Nobis ignoſci poteſt ꝓlapſis ad lachrymas ſi ñ nimie decurrunt: ſi ipſi illas deprecemur. nec ſicci ſint oculi amiſſo amico: nec fluuãt. lachrymand⁹ ẽ non plorandus. hec ille. Secundo requiritur ſuperflui electio. i. nõ ita lacrimas fundamus tã q̃ deſpantes. i. Theſa. 4. c. Non ꝺtriſtemini ſicut z ceteri qui ſpez non habent. Ecc̃. 38. Ne dederis in triſticia coꝛ tuum: ſz repelle eam a te. non eni conuerſio eſt ad vitam: z huic. ſ. mortuo nihil proderit. ¶ Tertio requiritur ordinata ſupportatõ. ſed de hoc ẏtate ſequẽti. Et ſic patet ſecũda regula hui⁹ prime ẏtatis. ¶ Tertia regula eſt q̃ ſine pcto poſſum⁹ mortuos noſtros flere. de hoc audi Joh̃em criſo. in epiſtola ad hebꝛeos poſitum in decretis. ĩz. q. 3. c. vbi cũq̃. §. hoc autem. in fine vbi ſic dicit. Pietatẽ nãq̃ affectu z humanitatis ituitu mortuos lu

Universidad de Deusto
Biblioteca

gere non ꝓhibem⁹:sicut nōnullos scōꝝ alioꝝ exequijs plas lachrymas ipendisse legim⁹.hec ibi.Et hec sufficiant pro prima veritate. ¶ Oc tū ad secundā dico q⁹ decē sūt ꝑncipalia remedia ad būdaz patiētiaz i morte aliq̄ꝝ.vz.Diuie uolūtat] ispectō.Diuie iustitie meditatio.Dūa ne nccitis ꝓsideratō Fraēne vtilitat] ispectio. Diuine dispositionis aiaduersio.Inutilitat] attentio.·Proprij interesse cumulatio.Utilitatis ꝑprie consecutio.Resurrectionis certificatio Et stultoꝝ confusio. Ista breuiter videamus.

¶ ·Primum inc̄ remediuz dicitur diuine voluntatis inspectio. Audi Piero.ad Tinasium de morte filie sue consolatoriaz epłam scribēz.q⁹ dederat ingt abstulit qui creauerat.cōmodauerat vt haberes c̄ tocuiqz tēpore voluisset:z cuz uellet rursum auferret. nihil abstulit tuū g recipe dignatus ē ꝑpriū.Creditū suuz deuit recipe creditorē:z nihil aliud decet q̄ creatori suo gratias agere mutuāti:sicut Job legim⁹ deuotissimi uocē dicētis dns dedit dns abstulit:sicut dño placuit ita factū est: sit nomen dñi benedictū.hec ille.Audi z Cypzianuz in decret]:13.q.3.c.q̄ ꝓpostea.vbi dicit sic.q̄ ꝓposteruz est q̄q̄ puersuz cū dei uoluntatez fieri postulam⁹:quādo uocat nos z accersit de ꝟ mundo:nō statim eius uolūtatis impio pareamus zc.ꝟ ille.Audi z Joan.Criso.i epła ad hebꝛeos allegatuz in decret]. vt 9.c. imediate sequenti. vbi dicit sic.Ubicūqz sepeliamur dñi est terra z plenitudo ei⁹.s.q⁹ oz fieri efficiaꝫ.lugere aūt z deplozare z lamētari eos g de hac vita decedunt ex pusillanimitate ꝛigit.hec ille. Audi et mozalissimuz Senecam ad Lucillum epła.ioi. Quid ingt ē stultius:illud vno die factū quod oī die fieri pōt.stat gdez terminus nobis vt illū fatoꝝ inexozabilis necessitas fixit.sed nemo scit nostrū q̄ ꝓpe ꝛsetur termin⁹.sic ergo formem⁹ aiuz tanq̄ ad extrema ventū sit.hec ille. Et idez epła.78.Fata ingt deoꝝ fixa sūt:z magna atqz ēna necessitate ducunt. eo ibis quo oia eunt.Quid tibi noui zc. ¶ Secūduz remediuz diuine iusticie meditatio.·Ponit.n. a beato Dionysio ō ecclesiastica hierarchia.c.5. Regula quedā gñalis q⁹ inferioza p sua superioza sursuz agant.i.ad finē ꝓpriuz pducant.Corpa enim elemētata.i.ista corpoza inferioza p corpa supercelestia in suū finez deducūt:vt ait Greg. sup Job.z potētie rōnales tanq̄ supioꝛes potētias:aiales tanq̄ inferioꝛes in suū finē dirigūt vt ostdit beatus Aug.li⁹ de cōceptu virginali. z angeli inferioꝛes p superioꝛes sursuz agunt in deū:vt docet beatus Dionysius de angelica hierarchia p totuz.cū aūt gloriosus deus oīb⁹ rebus superior sit:nccē est vt boiez quem ad finē btitudinis creauit ad se p mortez trahat: et p ons iustuz est ut talis iusticie ordo cōseruet ꝛe zc. ¶ Tertiuz remediū est necessitatis ꝛsideratio.Audi ꝓphām. Quis ingt est homo q viuit z nō videbit mortem;Audi z Ambrosiū:

Quid inquit abdsurdius c̄ q⁹ scis omnib⁹ eē prescriptum quasi speciale doloꝛes:aut quid imprudentius c̄ q⁹ futuruz scis id cuz acciderit ferre nō posse.Audi z Senecaz ad Lucillū epła.78.Quid inquit tibi noui est:ad banc legē natus es:hoc patri tuo accidit:hoc matri:ꝟ maioribus:hoc oībus ante te: hoc oībus post te zc. ¶ Quartuz remediū est fraterne utilitatis inspectio.Quid.n.est mors nisi finis oium laboruz.Audi Piero.in epła ad Tirasium de morte filie sue.addit ingt consolationis alia ꝓuidentia que iaculo orbitatis.i. mortis occurrat.·Plangere debuimus de seculo recedentes si seculi inimicitias cōtra nos mime sentirem⁹ z plangimus dñi bñficia qui nouit infirmitati nostre gd prestet.·Periclitari volebat adhuc g doleꝛ aliquez morientez:z inter fluctus vite presentis videre cupiebat miseruz laboꝛare talibus ac tantis tempestatibus diaboli.tot corꝓoꝛum bella:tot seculi clades cuasit:z lachrymas fundis quasi nescias quottidie quid in te ipso patiaris ꝓpter q̄ dns āmonet ap̄los suos dicens.Si dilexerit] me gaudebitis vtiq;:gavado ad ꝑem zc.hec ille. Hic de miserijs z piculis huius seculi dicere potes zc. ¶ Quintuz remediū ē dispōnis aiaduersio. Audi Aureliuz Aug.in soliloquijs. Nouit ingt deus q̄ diu expediat bōi viuere z quando mori.de salute cor poꝛis mei q̄diu quid mihi vtile sit nescio: tibi dñe hoc cōmitto.Et ·Petrus ap̄lus.i.·Pe.2.ait. Oēz sollicitudinē vestrā ꝓiciētes in eū:q⁹ ipsi ē cura de vobis.Audi z Aug.i soliloquijs.Constāter ingt deo crede.eiqz te totū cōmitte q̄tū potes.noli esse quasi ꝓpriꝰ z in tua potestate sed eius clementissimi z utilissimi domini te ꝟuuz esse ꝓfitere.ita enim te ad se subleuare nō deūnet:nihilque tibi euenire permittet:nisi q⁹ tibi prosit ēt si nescias.audi z Ber.sup illō g bitat in adiutoꝛio altissimi.vigilat ingt super nos ideffessus:z puigil ille singla] clemētie oculus non dormit neqz dormitat g custodit isrl. zc.ꝟ ille. ¶ Sextū remediū oꝛ utilitatis attentio .O tu qui flere nō cessas:si vsqz ad diē iudicij i fletu pseueres:an mortuū reuocabit ad vitā?·Responde q̄so.Audi Barbatū Piero. viō inquit si doloꝛi oz aliqd concedi vbi sine remedio potest aīus fatigari.hoc ē q⁹ Dauid ō filio defuncto iā desolatus ait.Nūqd cū potero ꝛuo care?ego magis ad eū vadā:ille ꝛo nō reuertetur ad me zc. ¶ Septimū remediū dicitur proprii ikesse cumulatio.iordiate.n.flere tā corpi q̄ aie nocz. pꝟ.52.Sic tiea vestimto z ꝛmis ligno:sic tristicia viri nocet cordi. Et Eccle.30. Tristiciā igt ne ꝺs aie tue z ñ affligas temetipz i ꝛsilio tuo.Jocūditas coꝛdis hec ē vita hominis:z thesaur⁹ sine ꝺfectiōe sanctitat:z exultatio viri ē lōgeuitas mise aie tue placēs ꝺo z ꝺtine z ogrega cō tuū i scitare ei⁹:z tristiciaz longe expelle a te.multos enim occidit tristicia:z non est utilitas in illa.Et Ecc.38.A tristi-

cia inquit festinat moꝛs et cooperit,virtutem z tristitia coꝛdis flectit ceruicē.i abductōe permanet tristicia z sba iopis fm coꝛe⁹.Ne dederis in tristicia coꝛ tuū sed repelle eā a te:z memto nouissimoꝝ noli obliuisci:neq3.n.ē uersio ia mozte resuscitatio.z huic.s.mortuo nihil ꝑderis z teipsū pessimabis.i.pessimuz facies. Et ·Paulus.2.ad Coꝛ.7. Que igt fm deū tristicia ē penitētiaz i salutē stabilē opaꝫ seculi āt tristicia mozte opaꝫ zc. ¶ Octauū remediū oꝛ utilitatis ꝑprie ꝺsecutio.Audi Piero.nostꝝ de patientia z foꝛtitudine onexa. Oē inquit gaudium estimate:cū multa bēt] i seculo obꝓbꝛia z aduersitatē:sciētes q⁹ foꝛtitudo z patiētia ex ipsis oriaꝫ.patiētia aūt ꝑfectū op⁹ hz.·Probant aūt virtutes i hoīe ꝑ patientiā tāq̄ aurū per ignem Qui ceteras hz ꝟtutes sine patientia:aurū i vasis fictilibus poꝛtat.in sola dicebat saluatoꝛ patientia vra possidebitis aias vestras.foꝛtitudo onexa est aio q patiens z foꝛtis ē:secure bōa sequent zc.Et idē i epła de egrotatōe Blesille sic ait.Abrahā tentatur i filio z fidelioꝛ inuenit. Joseph i egyptū vendit vt pascat patrē z fratres Ezechias vicina mozte terret:vt fusus i lachrymas.15.annoꝝ spacio ꝓceles ad vitā.·Petr⁹ Apostolus dñi passiōe ocutit:vt amare flens audiat:·pasce oues meas.·Paulus lup⁹ rapax et Beniamī adolescētul⁹ adolescētioꝛ extasi exceatur:vt videat:z repētino tenebraꝝ horroꝝ circūdatus dominū vocat:quē dudū vt hominem psequebatur.ita nūc mea Marcella Blesillam nostraz videmus ardoꝛe febriuz per.30: ferme dies iugiter estuare:vt sciret reliciēdas delicias coꝛporis:q⁹ paulo post vermibus eraranduz sit zc.inde illa tuba magna.·Paulus.2. Cor].12.ait.Ne magnitudo reuelationū extoꝛlat me.datus est mihi stimulus carnis mee angelus Satbane qui me colaphizet.ꝑpter q⁹ ē dñm roganī vt discēdret a me:z dixit mihi:sufficit tibi gratia mea.nam virtus in infirmitate pficitur:libenter igitur gloriaboꝛ in infirmitatib⁹ meis vt inhabitet in me,ꝛtus xp̄i ꝓpter q⁹ placeo mihi in infirmitatib⁹ meis:in cotumeliis:in neccessitatibus: in pscutionibus:in angustijs ꝓ xp̄o zc.Audi z Senecam ad Lucillum epła.67.cū aliquis tormēta foꝛtiter patiꝫ ingt oībus virtutib⁹ utitur.foꝛtitudo vna in ꝓmptu sit:vt maxime appareat patientia.ceterum illic est foꝛtitudo:cui⁹ patientia] z ppessio z tolerantia rami sūt. Illic ē ꝓudētia sine qua nullū initur ꝛsiliū:que suadet q̄ effugere nō possis q̄ fortissime ferre.illic est ꝺstātia q̄ deiici loco nō pōt z ppositū nlla vi extoq̄ dimittit zc.ꝟ ille. ¶ Nonū remediū oꝛ resurrectionis certificatio.Audi Piero. ad Theodoram de morte Licini.Aduersus igt mōtis duritiā z crudelissimā nccitez:ꝟ solatio erigimur q⁹ i breui reuisuri sum⁹ eos q̄s dolem⁹ obrūtes.neqz.n.mos ſz dormitio z son⁹ appellat. vñ z btus ap̄s vetat de dōmictib⁹ ꝺtristari:z q̄s dormiꝛ nouiz⁹ suscitare posteā credaz⁹:z post digestū soporē

vigilare cū scis:z cū āgelis dicer.gloria i excelsis deo z i terra pax hoīb⁹ bone volūtatis. In celo vbi nō est pctm.gloria ē z ppetua laus z i ōfessa ꝓconia. In terra aūt vbi seditō z bella aut q⁹ discordie:pax iprecāda ē:nō in omnib⁹: ſz i bis q bone voluntatis sunt:z saluationem audiunt apostolicam: gratia vobis et pax a deo patre z domino Jesu christo multiplicetur vt in pace sit locus eius z habitatio ei⁹ in syō zc. Et idē ad Tarsiū de morte filie sue paruz post ꝓncipiū.Resurgē ingt credius nros z plāgius qd facerēus si mozi timmō ꝑcipet deus:z voluntas e⁹ vtiqz sola sufficeret ad solatiū: cui nullū ꝓponē iubēus affectū zc.hec ille.z in fine huius epłe sic concludit.nūc aūt ɔ luctū sumenda sūt arma vt spes nra possit hre victoꝛie z adducit ter.apli.Nolo vos igrare frēs de dormiētibus vt nō ꝛtristemini sic z ceteri q spē nō bñt. Si eim credius q⁹ Jesus mortu⁹ ē z resurrexit:ita z eos q dormieꝛt i xp̄o adducet cū illo zc.hec ille. Audi pulcherrimū text.13.q.3. hñt foꝛsitā illi longi doloꝛis iustā excusatōez qui vitā alteram nescīt.q de boc seculo ad meli⁹ eē transitū nō cōfidūt.Nos āt qui hoc credius z docem⁹:cōtristari nimiū de obeūtibus nō debēus:ne q⁹ magis apud alios pietatis tz spēm hoc nobis magis i culpa sit.nā diffidētie quodāmo genus est ɔ h⁹ q⁹ quisqz predicat querē iusticiā amās dicente apło.Nolumus vos igrare de dormientibus :vt nō ꝛtristemini sicut z ceteri qui spē nō hñt hec ibi.z sūt verba Anastasi.c̄te zc. ¶ Decimū remediū oꝛ stultoꝝ ꝺsusio .Audi Cipriānū i libro de morte.Nō sunt iquit lugendi frēs nostri accersiōe dina de seculo liberati cū sciam⁹ eos ñ amitti sed ꝓmitt:z occasionē nō esse dandā gētib⁹ vt nos merito reprehēdat ga q̄s apud deum viuere diciꝰ vt extinctos audi tos lugeāus.nihil.n.prodest ꝑferre ꝛtutez z factis destruē ꝛitatē.ꝟ ille.Et sic ꝑ ista ꝛitas.

¶ Octū ad ctiā ꝛi.ꝑ3 ex dictis i ꝓria ꝛitate. Si eni lugeāus ordiate z in charitate:nihil obstat gn aliq̄ subseqūt merces. Nec te moueat q⁹ alig i veteri testō iordiate luxerūt:nec tñ obiurgati sunt.70.eim diebus filij isrl mortē patriarce plāxerūt:vt ꝑ3.Heñ.50.c.z.30.diebus mortem Moysi Deu.c.vltimo.sicqz de aliis.qm̄ vt ait Gratiāus.25.q.1.Multa i veteri testō permittebant tāq̄ imperfectis q̄ tpe gratie nō licent. Jnō dñe Luc.7.vidue cui vnic⁹ filī⁹ mōtu⁹ fuerat ait.Noli flere.quare zc. Et ista sufficiāt ꝓ presenti conclusione.

¶ Qō propter mundi mala mors querenda ñ est conclusio secunda.

Accipe scdam ꝺclonē.vz. Quātūcunqz gs piculis mūdi succūbat:nunq̄ tñ vt euadat mortē ꝓcurare ɔz. Ubi tres inquiraus ꝛitates.vz. ¶ ·Pria ꝛi.ē ista .si periculа mūdi vincē volum⁹ quid ē q⁹ magis attendere debeāus. ¶ Scda ꝛi.ē ista. vñ accidit q⁹ homines i tribulatōib⁹ ꝺsperāt. ¶ Tertia ꝛi.est an liceat i aliq̄ casu mortē corporis procurare

Universidad de Deusto
Biblioteca

Octuꝫ ad ꝑmam ꝟitatez pono bāc regulam ginalez ꝙ ctū ad anie salutē spectat: nō ofidera re necesse est qles fuerimus in sanctitate: sed q̄ les erimus. Audi Isidorum de sūmo bono. i vi ta bois finis q̄rendus est qm̄ deus nō respicit qles antea fuerimus ꝛ qles circa finē vite erimus. ꝛ. 25. di. c. qlis. qualis ingt vnusqsq; hinc egredit talis in iudicio apparebit ꝛc. Quid ꝑ fuit Jude aplatus g̃duꝫ tenuisse: ꝛ Nicolao ad uene sanctā electionez habuisse ꝛ male finisse? Nō ergo a bono ope cessandu ꝫ est: licet inume ra occurrāt impedimēta. Tobias. n. licet plaga cecitatis feriret: a timore tamē dñi nō recessit. Tobie. 1. c. Nec Daniel deuꝫ verū adorare reli quit q̄ius Darius rex edictū in ōrium fecisset. Daniel. 6. Constāter Susanna duobus senib⁹ rēsistens in ꝓposito sancte castitatis pseuera uit. Daniel. 13. Eleazarus ꝑ nomie dñi oia tor mēta pseueranter sustinuit. 2. Macha. 6. idem patet. ꝛ de septez fratribus. 2. Macha. 7. c. ꝛ sic de alijs. Et diligēter ātedicte regule nostre aia mea attende sensū. nō. n. eoipso qō dixim⁹ q̄ꝫ tuꝫ ad aie salutez spectat: nō opus eē qles fue rimus in sanctitate: sed qles crim⁹ cōsiderare vt ꝑ hoc peccādi materia deī: vt dicas possum ego aliquo tēporis interuallo mūdanis frui de liijs ꝛ locis: ꝛ postea finē bonū facere. Sūma eniꝫ deceptio hec est. Audi Hieronymū nostrū de sero penitētibus. Sed forte ingt quis iterū dicit ꝙ vir q toto tēpore quo vixit male fecit: i mortis articulo accepta pnia a deo veniā obti nebit. Deu q̄ vana suspicatio ꝛ falsa cogitatio vix de centū milibus boiuꝫ quoꝝ mala semper fuit vita meret habere a deo indulgentiā vn⁹ v.r totus in pcis genit⁹ ꝛ nutritus: ꝙ nec deuꝫ vidit: nec cognouit: nec de eo audiē voluit: nec se peccare cognoscit: nec scit qd sit pnia: nisi fō te dormiēdo nouit. Totus adhuc secularibus inodatus negocijs: quē angustia premit filioꝝ quos deserit: quē infirmitas cōterit: quē doloꝝ diuitiaꝝ ꝛ bonoꝝ tēporaliū cōcutit: quaꝫ acce ptaꝫ a deo accipiet pniam: quā non acciperet si adhuc se posse saluari crederet: certe verū con cludaꝫ. qui dū sanus est ꝛ inuenis deum offen dere nō formidat in morte nō merebit diuinaꝫ obtinere indulgētiā. que dilectissimi pnia quā solꝫ quis accipit: q: se viuere amplius nō pos se cernit qui si ex infirmitate cōualesceret pe ior q̄ prius fieret. hec ille. ꝛ sic ꝑ prima ꝟitas.

Octum ad secūdaꝫ ꝟitatez, licet de hac mate ria pluries in hoc opere dixerimus tñ ad pñs dico ꝟm btm̄ Tho. ꝟa pe. q. 20. ꝙ desperatio ori tur ex falsa estimatione. falsa aūt estimatio est iudicare rem aliter esse q̄ sit. quo fit ut falso rē iudicātes in desperationē inducunt. Pro quo notandū ꝟm phm. 6. ethicoꝝ ꝙ illud qō i intellectu est affirmatio vel negatio i appetitu est fuga vel psecutio: ꝛ qō i intellectu est verū vel falsuꝫ in appetitu est bonū vel maluꝫ. Exq̄ segtur ꝙ omnis motus appetitiuus cōformit se habens intellectui falso est ꝟm se malus: ꝛ ꝺ formiter se habens intellectui vero est bonus. Hoc sic notato pono per casum ꝙ quis morta liter peccet: si intellectus estimat ꝙ peccatori bus dum ad pniam redeunt deus veniam lar giatur: iuxta illud Ezech. 18. c. Nolo morte pec catoris: sed magis vt cōuertatur ꝛ viuat: tūc ta lis intellectus dicit verus. si aūt estimet deū talibus peccatoribus veniam denegare: talis intellectus dicitur falsus. Ex quibus sequitur talis regula ꝙ sicut motus spei ꝙ conformiter se habet ad estimationem veraꝫ est laudabilis ꝛ virtuosus: ita motus desperationis qui est il li oppositus cōformiter se habēs ad estimatio nem falsaꝫ est vitiosus: ꝛ per consequēs pctm̄. Sed querit predictus doctor ista falsa estima tio vnde habet ortuꝫ: estimat eniꝫ falsuꝫ intel lectus: an quia nō credit ꝛ est infidelis. an quē? Et rñdet ꝙ ista falsa estimatio oriē circa pticu laria: remanēte tamen vera estimattone in uni uersali. ꝓ quo sciendu ꝙ nō credere siue in fidelitas pertinet ad intellectum: ꝛ desperatio ad vim appetitiuaꝫ. Intellectus autez est vni uersalium: ꝛ appetitus mouetur ad pticularia Est. n. inquit phus in. 3. de anima. in fine. mot⁹ appetitiuus ab ania ad res que i se pticulares sūt. modo planuꝫ ē ꝙ ingt aliqđ bñ rectaꝫ estimationē in vniuersali: ꝛ circa motū appeti tiuū nō recte se bñ corrupta ei⁹ estimatione in pticulari. qꝛ necesse ē ꝙ ab estimatione in vni uersali ad appetitū rei pticularis puenīat me diāte estimatione in pticulari: vt ꝑ. 3. de ania. Sicut a ꝓpositione vniuersali nō infert ꝺcło pticularis nisi assumēdo ꝓpōem pticularem. Et vt intelligat quo pōt bri ꝟa estimatio in vni uersali: corrupta tñ vera estimatione in pticu lari. accipe exemplū. nā ille g fornicat eligit for nicattonē vt bonum sibi vt nūc. i. vt pticulare bonū: ꝛ tñ ꝟa remanet in eo estimatio i vniuer sali. s. ꝙ fornicatio ē pctm̄ mortale. ꝛ sic de aua ritia ꝛ alijs pctis. mō ad ꝓpositū poterit quis i vl̄i bñ hanc ꝟaꝫ estimationē. s. ꝙ in ecclesia ē remissio pctoꝝ: ꝛ tñ poterit bñ motū desperatio nis. s. ꝙ nō sit speranda venia corrupta intentō ne circa pticularia. Ex quo ꝑ dicit iste doctor ꝙ pōt esse desperatio sine infidelitate sicut ꝛ alia peccata mōtalia. Sꝫ patꝫ iste pat Ambrosi: dic q̄so qō istoꝝ ē grauius pctm̄: an desperatio: an i fidelitas? Dico ꝙ pcča q̄ opponunt ꝟtutibus theologicis sūt ꝟm suū gen⁹ alijs pcīs ḡuiora cū ꝟtutes theologice deū bēant ꝓ obio: ꝛ pcča p oñs eis opposita auersionē a ꝺo directe ꝛ ꝑn cipal' ipōtat. ꝛ ꝫ istā rōez. s. auersiōis a ꝺo ois pcti mortal' ḡuitas ꝺpēsat. ga si posset eē auer sio ad ꝺmutabile bonū finā a ꝟtiōe a ꝺo q̄uis tal' iordinata esset: non esset tamen peccatū morta le Aduersio ergo a deo facit esse peccatuꝫ mor tale. si sic sequitur ꝙ illud qō ꝑmo ꝛ ꝑ se banc auersionez habet: erit inter omnia peccata mō talia grauissimum. Accipiantur modo ista tria peccata. f. infidelitas: odium dei: ꝛ desperatio Infidelitas opponit fidei: odiū ḋi charitati et desperatio spei. Si igit infidelitas ꝛ desperatio ad iniceꝫ cōpent ꝫ eoꝝ rōnez specificā sic infi delitas ḡuius pctm̄ est desperatione. ifidelitas. n ex hoc ꝓcenit ꝙ hō ipsaꝫ dei ꝟitatē non credit desperatio aūt ex h̄ ꝙ nō sperat se bonitatē dei p ticipare: ꝛ ga maius pctm̄ ē nō credere dei ꝟi tatē q̄ nō sperare ꝺseq̄ posse gloriā ab ipo: ga ifidelitas ꝓprie ꝟm se ē ꝺ deuꝫ: ꝛ desperatio non nisi ꝫ ꝙ ē bonuꝫ pticipatū a nobis: ideo ifideli tas grauiꝰ pctm̄ ē. similr ꝛ odiū dei ḡuius ē de speratione ꝓpē cādē cāꝫ. ga ḡuius ē odire deū q̄ nō sperare ꝺsequi bonitatē dei. Si autez fiat cōpatio ifidelitatis ꝛ desperationis q̄tū est ex p te nostra: tūc desperatio ē pctm̄ grauiꝰ. nā ꝓpē spez glorie reuocamur a malis ꝛ pronocamur ad facienda bona: ꝛ ideo sublata spe irrefrena te labimur in pctis: ꝛ a bonis retrahimur. non sic aūt p sublationē fidei. ꝛ buic snie cōcordat glo. sup illud ꝓv. 24. c. si desperaueris lapsus in die angustie minuet fortitudo tua: vbi sic ait. Nihil ē exercabilius desperatione. Hoc etiaꝫ po nit brūs Tho. vbi. s. Et ista tibi aia sufficiāt ꝑ secūda ꝟi.

Octuꝫ ad tiā ꝟi. dico ꝙ nullo mō ꝫ sibiipsi ꝓcurare necē. hinc Saul reddit con demnatus: ga sibiipsi mortē ꝓcurauit. i. ꝟ. vlt]. c. ꝛ Judas. Act]. pc. ꝛ sic de alijs. Audi ter. 23. q. 4. §. Item hoc dicimus. vbi sic dicitur. Item hoc dicimus: hoc asserimus. hoc mo dis oibus approbamus. nemine spōtanea mō tez sibi iferre debere. velut fugiēdo molestias tpales: ne incidat i ꝓpetuas. s. molestias. hec ibi de h̄ sup plene notauimus. feria qnta secunde dñice in tertia ꝺcłone secūde ptis.

Nota tn regulā gñalez ꝙ licet nō sit culpa cōtessuꝫ mō tez ꝓpriā ꝓcurare ꝛ iferre tñ duꝫ ab alijs iser tur ꝓpē ꝟitatez ꝺseruandā: ꝛ fidez tuendā bi larit oia picula: ꝛ ipaꝫ ēt corpis mortē aggredi amur. Audi barbatū Hieronymuꝫ i exhortati one ne psecutio timeat. Filij iquit dilectissimi accingimini potēcia: estote filij potentes ꝛ noli te boꝝ miseroꝝ diuitū: quoꝝ ia tantā oñdim⁹ i becilitatē ꝛ miseriā cē q̄tā nō diceret ligua po tentiā formidare i opando iusticiā. q. n. ꝓpt iu sticiā psecutōez patit: beatus ē ꝛ bñ sibi erit tñ mozit beatioꝝ. pciosa nēpe ē i ꝺspectu dñi mōs scoꝝ ei⁹. si cupis vitā tenē cū xpo mortem noli timere pro christo. Non enim potes illa sustine re ꝑo xpo qui sunt condīg̃ ad futuram gloriaꝫ que reuelabit cū apparuerit gloria nr̄a q̄ surrū ē ñ q̄ sup ērā. Nō spet mercedē q nō laboraꝛ: nō sufficit solū xpiāi nomē. xpianus es imitare xpm Frustra xpiani hꝫ ille nomē q diabolū sequit: animo xpianus oio nō est: sed antixps: iuxta il lud euāgeliste Joānis. audistis q̄ ātixps venit nūc antixpi multi facti sūt. Uis ḡ cū xpo regre cū xpo mala tollera. Si xpm dñs ꝛ regē qui est nomē sup oē nomē opportuit pati. ꝛ ita intrare in gloriam suaꝫ: quā fiduciā bemus nos intrā sine labore? O q̄ stulti sumus ꝛ tardi corde ad credēdū. volum⁹ hic gaudē cū seculo: ꝛ postea cū xpo. Dñs nud⁹ igredit ꝛ seru⁹ superfluitate bonustus vestiū: auri ꝛ gēmaꝝ intrabit? Ille ie iunus iste crapula ꝛ luxuria plen⁹ ille i cruce ꝓ nobis moziēs: iste i lecto delicate dormiēs. qō dñs nō facit: Fuus faciet. promittit de⁹ zebedi filijs regnū suū si calicē quē bibiturus erat pos sent bibē ꝛ ifra ꝟsus finē segt. Nō. n. q̄ dico vo bis ꝟba accepi ab boie: nꝫ ꝓ boiez didici: sed ꝓ euāgeliū suū. itaqꝫ oio oꝫ nos ꝓ multas tribula tōes acgtē regnū ḋi. erāt i via g ꝓ ḋlicias ꝛ ditias ꝓparāt ire. Signū maifeste dānatōis ē: i h̄ mun do sua beneplacita assequi. ꝛ in mundo gloriari oportet libenter gloziemini in tribulationi bus et aduersitatibus vestris ꝛc. hec ille. Et h̄ tibi ala sufficiant ꝓ pñti ꝺcłone.

Qui sunt i morte deflēdi ꝺcło tertia:

Tcipe tertiā ꝺclusionē. vꝫ. illi sūt maxi me deflēdi quos certis cōgscius signis ꝙ in infernū erunt cruciādi. Patꝫ ista ꝺcło: qm̄ hō i morte sig̃ oñdit dānatōi. vt spuē i crucē ꝛ sillia. certe illa aia ad mōtē eīnā festinat ꝛ a fine ad quē creata ē discordat. ꝛ ꝓ oñs rōa bilit⁹ e⁹ pditio fienda. Audi Piero. nrꝫ i epla cō solatoria ad Paulā de morte Blesille. ad h⁹ n. ingt nati sum⁹ vt mancāus eterni. Abrahā: Isa ac: Moyses: Joānes: Paulus. vas electōnis: et sup oia filius dei mozit: ꝛ nos idīgmur aliquē exire de corpore: g ad h̄ forsitā rapt⁹ ē ne mali cia mutaret mētē e⁹. placita. n. erit deo aia illi⁹ ꝛ ifra. Reuera si seculare desideriū: ꝛ qō deus auertat delicias h⁹ vite cogitātē. moꝛs imatu ra rapuisset: plāgenda erat ꝛ oi fōte lachryma ruꝫ lugēda: nūc ꝛo cū ꝓpicio xpo añ q̄ttuoꝛ fer me mētes ꝛc. long⁹ fmo ē. q̄re ꝛc.

Hinc iqui ramus tres ꝟitates. vꝫ. Pria ꝟi. e. an liceat in terrogare moziētē vt reuelet statū suū ꝓ⁹ mor tē. Scda ꝟi. ē. ponamus ꝙ qs a mortuis rēsuscitetur sacmēta q̄ habebat ꝓlius i vita an ꝺcle ta sint per mortē: ꝛ ꝓ ꝺsequēs resuscitat⁹ ops ne sacramēta reiterari? Tertia ꝟitas. ē. an reli giosus resuscitat⁹ tenear redire ad religionez.

Octuꝫ ad ꝑmaꝫ dico ꝟm btūm Tho. in qō ꝫ ꝙ nulla iordinatio vl̄ sigs regrat a mōtē te co gnoscere statū suuꝫ post mortē: subijciendo tñ h̄ diuino iudicio. sigs tñ hoc faceret qꝛ dubita ret in fide de statu. s. futuro beatās, pculdubio peccaret. talis. n. ingsitio nihil aliud ē q̄ qddaꝫ tentare deū. Ubi nō ꝟm btūꝫ Tho. ꝟa pe. q. 77 ar. i. ꝙ tētare deū est exprimētū sumē de aliq re qō fieri pōt duob⁹ modis. s. ꝟbis ꝛ factis. Uer bis vt cū ꝓblema facimus. s. vtr boc possit eē: vel vtr boc ꝺtingat ꝛc. Et talia ꝓblemata pos sunt adhuc fieri duob⁹ modis. s. aut vt sciam⁹ aut vt insidiemur. si vt sciamus nō est peccatū imo ꝟtus. Nihil. n. pōt pfecte sciri nisi pus du bitet. ꝛ ois ꝓpō ꝟe scibilis ē ꝑmo ꝓpositio du bitabilis. ideo phs 2⁹ posterioꝝ ꝺcit ꝙ qōes sūt eqles nūero bis q̄ ꝟe scim⁹. q̄rim⁹ aūt q̄ttuo . s. si ē: qꝛ ē: qd est: ꝛ ꝓpē qd est. Si aūt querim⁹ insidiose. s. nō vt sciam⁹: ꝛ vt calūniem⁹: manꝺ

Universidad de Deusto
Biblioteca

festum est esse peccatuz.z hoc modo plerunqz iudei insidiabant xpo. Math.22. Licet censuz dari Cesari:an non:.z de muliere comprehēsa in adulterio. Joā.8.etiā exēpluz p3. Factis etiā deū tentare duplicīt possum⁹. Uno mō vt sciam⁹ z nāz rei cognoscam⁹ vt medici z artifices facere solēt.z talis tentatio dū in ꝓximi detrimētuz nō redūdet nō est illicita nec peccatum. Allio mō vt calūniem⁹ tñ:z nō vt sciam⁹: quo mō iudei signa a xpo petebāt:dicētes Math. 12. Magister volum⁹ a te signū videꝫ: z hec tentatio pessima ē. Math.12. Hñatio ꝑua z adultera signū q̄rit zc. Quibus sic notatis satis p3 qđ dixim⁹ in hac ꝥitate. ¶ Ōctum ad ƒaz ꝥi. pono ista regulā:q ea in gb⁹ ofert gra morte nō delent. Sūt aūt tria pmaxime sacra in qbus gra ofert.s.baptismus:cōfirmatio:z ordo.mrimoniū aūt z alia hmōi nō ofert graz. hoc p3.32.q. 7.c.licite dimittit vxor.in glo.Et ideo baptismus:ofirmatio:z ordo p morte nō delent: et ꝑ oēs nec post morte reiterāda.de h expresse habet.i.q.i.c.q qdā.z de ose.di.5.c.dictum. z.c.de homic.Et nulli sacramēto facienda ē iniuria: q̄ fieri dz qui nō reiterandū reiterat q̄si ꝑma collatio nō valuerit.de hoc ē tex.i.q.i.c.sacramēta: z de ose.di.4.c.oñdit.vbi hec mā bñ ventilat vbi pax post pncipiū sic ad ſraz dz. Itez sacruz baptismi ē qđ bz q baptizat:z sacruz dandi baptismū est qđ bz q ordinat. sicut.n. baptizatus si ab vnitate recesserit sacruz baptismi nō āmittit:sic etiā ordinatus si ab vnitate recesserit sacramētuz dādi baptismū nō āmittit.nulli.n.sacramēto facienda est iniuria. si discedit a malis vtrūqz pmanet. Sic g̃ acceptat baptism⁹ quē nō potuit āmittere q ab vnitate discesserat: sic acceptādus ē baptism⁹ quē dedit ille q sacruz dādi cū discesserat nō amiserat zc.h ibi. z sunt ꝛba Aug.Et rōnez aliā addūt theologi q̄re hec tria reiterāda nō sūt.qm̄ in quolibz illoꝝ triuz collatiōe imprimit i aia caracter:q p morte ab aia separi nō pōt. In alijs aūt sacris nō iprimit caract.z ideo post morte nō remanēt: z p oēs reiterari pñt.glo.aūt sup dicto .c. licite .32.q.7. dicit aliā rōnez.v3.q p baptismū imortale imō tali copulat.s.aia deo:ſz p mrimoniuz mortale mortali.s.corpus corpori diūgit :mors aūt non bz ptātez in aia nec in deo:ſz bñ in corpus:ideo mrimoniū mōte dissoluit nō aūt baptism⁹. Inde notauit Hugolin⁹ q Lazarus de q̄ dr i euāgelio sequēti.s. Joan.xi.c. Post resuscitationez suā vxorez suā repetere nō potuisset:nec eī sed si iungi i mrimonio voluisset:opportuisz illos denuo ꝺhere.Et hāc sniaz approbāt cōit theologi oēs.q̄re zc. ¶ Ōctuz ad ƒtiaz ꝥi.dico q de h sūt diuerse opiones.Quidā dicūt q sic: z rō hec ē:qm̄ quecūqz imaterialia z icorruptibilia vniūt imaterialib⁹ z icorruptibilibus illa per morte nō sepant:ſz p religionē xpianaz fuorū dei claustraliū ania vnit deo q̄ sunt icorruptibilia z etna.ergo ipsa p morte nō potert sepa-

rari.Ista rō sumit ex glo. sup.c.licite.32.q.7. q̄ ad maiorē:ſz minorez ꝓbāt.v3.q aia deo ꝺiungat.nā aia ōctuz ad rōnales ꝺiungit deo p obediētiaz:ōctuz ad irascibile p pauptatē:z ōctum ad cōcupiscibilez p castitatez.Cū ergo mortuo religiosi corpore ania imortalis remaneat:sequ tur q remanēat oia que erāt in ipsis potentijs anie.z p oēs in rationali remanebit obediētia zc. Ista ratio pax valet.quoniā non opportet oia que in vita pñti anime infuerūt post morte repiri in ea:quoniam aliū habet essendi modū post vitā pñtem q̄ in vita:vt dicit btūs Tho. parte.i.q.89 Nec cōpatio baptismi z aliox duorū sacramētox.s.ofirmatōis z ordis z religionis valz.qm̄ i illis iprimit i aia caracter indelebilis:nō sic i assūptōe bit⁹ religiōis: z q̄uis aia per religionē deo ꝺiūgat:tal tamē ꝺiūctio non ē nisi p̄o statu vie. vnde multa sūt i via qb⁹ aia iungit deo:q tñ nō remanēt in aia p⁹ morte:sic patet de fide z spe z alijs multis. Et rō ē. ga tal coniunctio nō ordinat:nisi ꝑ statu vie. Jō est alia opio.v3.q religiosus fsuscitat⁹ nō tenetur redire ad religionē cū illud votū dūtaxat duz vixerit sic emissuz.z ido absoluit p morte. Addunt tñ q tal ingtissimus eet si vellet seculo ꝺseruire.redeat q̄ tal ad primā vel ēt regulā arctiorē.q̄re zc.Nos supplices deū exorabimus: vt in resurrectōe futura cū videre p gr̄iam possimus:z hic per gratiam Amen.

¶ Feria sexta quarte dominice ꝺ amore ſmo trigesimusprimus.

Diligebat autem Jesus Marthaz z Mariā sororez eī⁹ z Lazarū. Joā.xi.cap'o. Quāuis in opibus dei erga humanaz nāz sūmope dei amor clarescat:tamē hodierna sancti euangelij lectione amor qđā pticularis oñdit: dum dr.diligebat Jesus zc. Et licet mīta exordiri possem⁹:tñ breuitatis cā in pdictis verbis tres de amore ꝺsiderationes ꝺtemplemur.v3. Amoris dini siue xpi Jesu feruentissimā cōicationē. Amoris ꝓprij inutilez fructificationem. Amoris ꝓximi singularem ordinationem.

¶ De diuino amore z Jesu dulcissimi dilectione consideratio ꝑma.

Primo diuini amoris siue Jesu christi feruentissimā cōicationem videamus. Ubi tres ꝺsiones more nro faciamus: v3. ¶ Pria ꝺcło est ista. Licet diuin⁹ amor eq̄lit in oibus diffūdat signa tñ dicti amoris non eq̄lit in oibus replent. ⁋ Secūda ꝺcło ē ista. Amor diuin⁹ adeo ē pfectus:vt amantē transformet:z plures i eo generat effect⁹. ⁋ Tertia cōclusio est ista. Diuinus amor licz vndiq; diffundat:in volūtate tamē humana quietat.

¶ De diuino amore i se: z ei⁹ signis ꝺcło ꝑma.

Accipe ꝑmam conclusionez.v3. Licet diuinus amor equaliter in omnibus diffundatur : signa tamen dicti amoris

·31·

nō equalit in oib⁹ reperiunt. Ubi tres ingrāues veritates.v3. ⁋ Pria ꝥi.est an ds oia eq̄lit dilegat. ⁋ Scda ꝥi.ē.ga ē i hac vita a xpo Jesu magis dilectus. ⁋ Tertia ꝥi.q̄ sunt fig dini amoris

¶ Ctū ad pmā dico q dei amor ē duplex. non tñ realit:ſz rone vel formal⁹ differens.v3.amō absolut⁹ z amor respectiu⁹. Amor absolutus ē dina voluntas ofōrmata itellectui dino practico.z talis amor respicit ordinē nāe create absolute put a deo cōdita ē.z ga qcqd creauit deus bonū ē:z vnūqōqz pticipat nāz boni vt sic.ido de⁹ vt sic eq̄lit oia diligit.nec i h ē distinctio in dei:greci:xpiani:z sic de alijs.Sap.vi.Oia diligis q̄ sūt:z nihil odisti eox q̄ fecisti.Amor respectiuus respicit ordinez nāe ofōrmat cū voluntate dei:z qa nō oēs ofōrmāt cū dina volūtate sic nō oēs eq̄lit amat:ipo testāte.q fecēit igit voluntate patris mei q in celis ē:ipse meus pr̄ mat z soror ē. Nec snia colligit a Damasceno sup illo ꝥo apti.i. Tbi.2. De⁹ vult oēs boies saluos fieri.Sz iquies pat Ambrosi:ista sūt mihi valō dubia:z volo tibi oñdē q de⁹ nō amet ista inferiora.volūtas.n.e⁹ vilescēt si amaret ista trāsitōia:sic itellect⁹ ꝺin⁹ vilescēt si h fingt⁹aria ītel ligeret:vt ait Auerrois.Arguo igit sic. Ubicūqz nō reperiūt ꝺditōes veri amoris:ibi nō reperiūt ꝺditōes veri amoris ergo nec verus amor: consequentia nō cū maiori.Minor aūt probat aucte Dionisii de dinis noibus.c.4. vbi dic: Uer⁹ amor amātē ex se ponit:z eū qđā mō i amatū trāsfert ſz icōueniēs ē vt de⁹ ex se sit posit⁹:z i alia trās ferat q̄ zc. Itē amor dei ē etern⁹:ſz alia a deo n̄ sunt etna.q̄ si illa amat nō amat nisi vt i seipso. ſz q̄cūqz sūt in eo nō sūt alia ab eo.q de⁹ n̄ amat alia a seipso. Itez si amat creaturas:aut amat amore ꝺcupiscētie:aut amicitie. Nō ꝺcupiscētie: qr nullo idiget vt ps.ait.Dñi ē ꝥra zc.nec amor amicitie.qr talē ad creaturas irrōales bēre nō pōt.q nō amat oia. Itē arguo aucte.ait ps.Odisti oēs q operāt iniqtatē zc.q nō oia amat.Alia mea bñ dicis:tñ rgulā bāc accipe gr̄ialē q amōnr nō ē sicut amor dei.nā volūtas nra nō est cā bonitatis rerū: ſz ab ea mouetur sicut ab obiecto.vñ bonitas rei ſm nām: vel estiata bōitas mouet volūtatē nr̄am:ut alicui bonū velimus. ſz amor dei ē causans z fundās bonitatē i reb⁹ z ſō volūtas dei.qr oia bona sūt:oia absolute e qualiter amat.Et ſō ad tua rōnē intellige sēsū Dionisij.nihil.n.ē aliud amātē ex se poni z trās ferri i amatū.nisi amato velle bonū:z p̄ quidētiā suā oparī sic z sibi.z h ēt ꝺpetit amore diuino oibus.n. vult absolute aliq̄ō bonuz:z p̄ quidentiā suā opatur i oibus absolute. ⁋ Ad scdaz tua rōem dico q ꝛz creature nō sint etne nisi in deo:tñ qr sic ab eterno naturas oiuz rerū i ꝑpo earū gñe z cōditōe cogūlt:eadē rōne amauit eremplū. Nā nos p similitudines rer̄ q̄ i nob sūt cog scius res i seipsis existētes:z cognitas amamus sic:z de⁹ p similitudines z ideas rerū cogūlt oia ab eterno:z videns eaz bonitatē ab eterno oia dilexit.

